Rare Book Dept.
No. Q.405.108
The Public Library of the City of Boston.


LEIGHTON BREWER ST W.

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
Boston Public Library

https://archive.org/details/nouiciisadolfsce00sacr

Q.405.108

Bowditch
April 25. 1929
E


Polus
Arcticus
Polus
Antarcticus
Sphaera
Mundi


NOVICIIS ADOLFSCENTIBVS: AD ASTRONOMI cam rempu. capeſſendã aditũ ĩpetrãtib⁹: ꝓ breui rectoqꝫ tramite a uulgari ueſtigio ſemoto: Ioannis de ſacro buſto ſphęricum opuſculũ Georgiiqꝫ Purbachii ĩ mot⁹ planetarũ accuratiſſ. theoricę Necnõ contra Cremonenſia in eorundẽ planetarũ theoricas deliramẽta Ioãnis de mõte regio diſputatiões tã accuratiſſ. qꝫ utiliſſ. dicatũ opus utili ſerie contextũ inchoat.

TRactatũ de ſphęra quattuor capitulis diſtinguim⁹. Dicturi primo: qd ſit ſphęra: quid eius centrũ: qd axis ſphęrę: qd ſit polus mũdi: quot ſunt ſphęrę: & quę ſit forma mũdi. In ſecũdo de circulis ex qb⁹ ſphęra materialis cõponit᷑: & illa ſuꝑcęleſtis quę ꝑ iſtã imaginat᷑ cõponi intelligit᷑.


In tertio de ortu & occaſu ſignoꝝ de diuerſitate dierũ & noctiũ q̃ fit habitãtib⁹ in diuerſis locis: & de diuiſione climatũ. In q̃rto de circulis & motib⁹ planetarũ: & de cauſis eclypſiũ.

CAPITVLVM PRIMVM.


SPhęra igit᷑ ab Euclide ſic deſcribit᷑. Sphęra eſt tranſitus circũferẽtię dimidii circuli quotiẽs fixa diametro quouſqꝫ ad locũ ſuum redeat. circũducit᷑. id eſt. Sphęra ẽ tale rotundũ & ſolidũ qꝺ deſcribit᷑ ab arcu ſemicirculi circũducto Sphęra etiam a Theodoſio ſic deſcribit᷑. Sphęra eſt ſolidũ quoddã una ſuꝑficie cõtentũ ĩ cui⁹ medio pũct⁹ ẽ: a quo oẽs lineę ductę ad circũferẽtiã ſũt ęq̃les. Et ille pũct⁹ dicit᷑ centrũ ſphęrę. Linea uero recta trãſiẽs ꝑ centrũ ſphęrę applicãs extremitates ſuas ad circũferẽtiã ex utraqꝫ ꝑte dicit᷑ axis ſphęrę. Duo quidẽ pũcta axẽ terminãtia dicunt᷑ poli mũdi








Sphęra aũt duplicit̃ diui/
dit̃ ꝼm ſubſtãtiã &ꝼm acci/
dẽs. Scd̃m ſubſtãtiã ĩ ſphę/
ras nouẽ ſcʒ ſphęrã nonã: q̃
p̃mꝰ motꝰ: ſiue primũ mo/
bile dicit̃. & ĩ ſphęrã ſtella
rũ fixaꝝ q̃ firmamẽtũ nũcu
pat̃: & ĩ ſeptẽ ſphęras ſeptẽ planetarũ : quarũ quędã ſũt maiores
quędam minores: ꝼm ꝙ plus accedunt uel recedũt a firmamẽto
Vnde inter illas ſphęra Saturni maxima eſt: Sphęra uero lunę
minima: ꝓut in ſequenti figuratione continetur.



Secundū accidens autē diuidit in ſphęrā rectā & obliquā. Illi enī dicunt habere ſphęrā rectā: q manēt ſub ęquinoctiali: ſi ali/quis manere poſſit. Et dicit recta qm̄ neuter polorū magis al/tero illis eleuat. Vel qm̄ illorū horizon interſecat ęquinoctialē & interſecat ab eodē ad angulos rectos ſphęrales. Illi uero dicū tur habere ſphęrā obliquā quicūq; habi tant circa ęquinoctialē ul' ultra. Illis enī ſupra horizontē alter polorū ſemp ele/uatur: reliquuſ uero ſemp deprimit. Vel qm̄ illorū horizon artificialis interſecat ęquinoctialē & interſecat ab eodem ad angulos impares & obliquos.



QVAE FORMA SIT MVNDI.

Vuiuerſalis autē mundi machina in duo diuidit. in ętbereā ſcilicet & elementarē regionē. Elemētaris quidē alterationi cō tinue peruia exiſtens in quattuor diuidit. Eſt enim terra tanq; mūdi centrū ī medio omniū ſita: circa quā aqua: circa aquā aer: circa aerē ignis illic purus & nō turbidus: orbē lunę attingens ut ait Ariſtoteles in libro methauroꝝ: ſic enī ea diſpoſuit deus glorioſus & ſublimis. Et hęc quattuor elemēta dicūt quę uiciſ/ſim a ſemetipſis alterant corrumpunt & regenerant. Sūt autem elementa corpa ſimplicia: quę in ptes diuerſarū formarū mini/me diuidi poſſūt. Ex quorū cōmi xtiōe diuerſę generatorū ſpēs fiūt Quorū triū qđlibet terrā orbicu/lariter undiq; circūdat: niſi quātū ſiccitas terrę humori aquę obſiſtit ad uitā aīantiū tuendā. Oīa etiam pręter terrā mobilia exiſtunt. quę ut centrū mūdi ponderoſitate ſui magnū extremoꝝ motum undiq; ęqliter fugiēs rotundę ſphęrę me/



dium poſſidet. Circa elementarē quidem regionē ęthęrea regio lucida a uariatione oī ſua īmutabili eſſentia īmunis exiſtēs motu cōtinuo circulariter incedit:& hęc a philoſophis quinta nuncupatᷣ eſſentia. Cuiꝰ nouem ſūt ſphęrę ſicut in ꝓximo ptractatū eſt.ſcꝫ Lunę Mercurii Veneris Solis Martis Iouis Saturni Stellarū fixarū & cęli ultimi. Iſtarū autē quęlibet ſupior inferiorē ſphęrice circūdat.Quaꝝ quidē duo ſūt motus. Vnus ē enī cęli ultimi ſup duas axis extremitates ſcꝫ polū arcticū & antarcticū ab oriente ꝑ occidentē in orientē iterū rediens:quē ęquinoctialis circulus ꝑ mediū diuidit. Eſt etiā alius inferiorū ſphęrarū motus ꝑ obliquū huic oppoſitus ſup axes ſuos diſtantes a primis.23.gradibꝰ:&.33.minutis.Sed primus oēs alias ſphęras ſecū impetu ſuo rapit infra diē & noctē circa terrā ſemel:illis tn̄ contra nitentibꝰ:ut octaua ſphęra in.100.ānis gradu uno. Hūc ſiquidē motū ſecundū diuidit ꝑ mediū zodiacus:ſub quo quilibet ſeptē planetarū ſphęrā habet ꝓpriā in qua deferᷣ motu proprio contra cęli ultimi motū:& in diuerſis ſpaciis temporū ipſū metiᷣ ut Saturnꝰ in.30.annis Iupiter in.12.Mars in duobꝰ. Sol in.365.diebꝰ & fere ſex horis. Venus & Mercuriꝰ fere ſimiliter Luna uero in.27.diebꝰ & octo horis.

DE CAELI REVOLVTIONF.

Qđ aūt cęlū uoluaᷣ ab oriēte in occidentē ſignū ē. Stellę quę oriunᷣ in oriēte: ſemp eleuanᷣ paulatim & ſucceſſiue quouſqꝫ ī mediū cęli ueniāt:& ſūt ſemp in eadē ꝓpinquitate & remotiōe ad īuicē:& ita ſemp ſe habētes tendūt in occaſū cōtinue & uniformiter. Eſt & aliud ſignū. Stellę quę ſūt iuxta polū arcticū:quę nobis nūqꝫ occidūt mouēᷣ cōtinue & uniformiᷣ circa polū deſcribēdo circulos ſuos:& ſemp ſunt in ęquali diſtātia ad īuicē & ꝓpinqtate. Vnde ꝑ iſtos duos motꝰ cōtinuos ſtellarū tā tendentiū ad occaſū qꝫ nō: patet



ꝙ firmamentũ mouetur ab oriente in occidentem.


DE CAELI ROTVNDITATE.

Qđ autẽ ſit cęlum rotundũ:triplex eſt ratio:ſimilitudo: cõ/
moditas & neceſſitas. Similitudo enĩ:qm̃ mũdꝰ ſenſibilis factꝰ
eſt ad ſimilitudinẽ mũdi archetypi : in quo nõ ẽ principiũ neqꝫ
finis. Vnde ad huius ſimilitudinẽ mũdus ſenſibilis habet for/
mam rotundã:in qua nõ eſt aſſignare principiũ neqꝫ finem.Cõ
moditas:quia omniũ corporum hyſoperimetrorũ ſphęra maxi
mum eſt:omniũ etiam formaꝝ rotunda eſt capaciſſima:quoniã
igiť maximũ & rotundum:ideo capaciſſimũ: unde cum mũdus
omnia cõtineat: talis forma fuit illi utilis & cõmoda.Neceſſi/
tas:quoniã ſi mũdus eſſet alterius formę q̃ꝫ rotundę.ſcꝫ trilate/
rę uel quadrilaterę uel multilaterę ſequerẽ
tur duo impoſſibilia : ſcilicet ꝙ aliquis lo/
cus eſſet uacuus:& corpus ſine loco:quoꝝ
utrũqꝫ falſum eſt:ſicut patet in angulis ele/
uatis & circũuolutis. Item ſicut dicit Al/
fraganus.ſi cęlum eſſet planum:aliqua pars
cęli eſſet nobis ꝓpinquior alia. illa ſcilicet



quę eſſet ſupra noſtrum:igitur ſtella ibi exiſtens eſſet nobis ꝓ/
pinquior q̃ꝫ exiſtens in ortu uel occaſu:ſed quę nobis propin/
quiora ſunt maiora uidentur.Ergo ſol uel alia ſtella exiſtens in
medio cęli maior uideri deberet q̃ꝫ exiſtens in ortu uel occaſu
cuius contrariũ uidemus contingere. Maior enim apparet ſol
uel alia ſtella exiſtens in oriente uel occidente q̃ꝫ in medio cę/
li.ſed cum rei ueritas ita non ſit:huius apparẽtię cauſa eſt: ꝙ in
tempore hyemali uel pluuiali quidam uapores aſcendũt inter
aſpectum noſtrũ & ſolem uel aliam ſtellam. & cum illi uapores
ſint corpus diaphonum diſgregant radios noſtros uiſuales. ita
ꝙ non comprębendunt rem in ſua naturali & uera quantitate:


ſicut patet de de/
nario ꝓiecto ī fū/
do aquę lympidę
q̄ ꝓpter ſimilē diſ
gregationē radio
rū apparet maior
q̄ȝ ſuę uerę quāti/
tatis.






QVOD TERRA SIT ROTVNDA.

Qꝺ etiā terra ſit rotūda ſic patet. Signa & ſtellę nō ęqualiter
oriunť & occidunt omnibus hominibꝰ ubiqꝫ exiſtentibus: ſed
prius oriunť &occidūt illis q ſūt
uel uerſus orientē:& ꝙ citius &
tardius oriunť & occidūt qbuſ/
dam: cauſa ē tumor terrę: qꝺ bn̄
patet ꝑ ea q̄ fiūt in ſublimi. Vn a
enī & eadē eclypſis lunę nume/
ro quę apparet nobiſ ī prima ho
ra noctis: apparet orientalibꝰ cir
ca horā noctis tertiā. Vnde con
ſtat ꝙ prius fuit illis nox. & ſol
prius eis occidit q̄ȝ nobis. Cuius rei cauſa ē tantū tumor terrę.




Qꝺ terra etiā habeat tumoroſitatē a ſeptētrione ī auſtrū:& ecō
tra ſic patet. Exiſtentibꝰ uerſus ſeptētrionē quędā ſtellę ſūt ſem/
piternę apparitiōis. ſcꝫ q̄ ꝓpinque accedūt ad polū arcticū. Alię
uero ſūt ſempiternę occultatiōis ſicut illę quę ſūt ꝓpinquę polo
antarctico. Si igiť aliqs ꝓcederet a ſeptē
trione uerſus auſtrū: intantū poſſet ꝓce/
dere: ꝙ ſtellę quę priꝰ erāt ei ſempiternę
apparitiōis: ei iā tenderēt in occaſum &
quāto magis accederet ad auſtrū: tanto
plus mouerenť in occaſū. Ille iterū idem
hō poſſet uidere ſtellas quę priꝰ fuerant
ei ſempiternę occultatiōis. Et ecōuerſo



contingeret alicui ꝓcedēti ab auſtro uerſus ſeptētrionē. Huius aūt rei cauſa eſt tumor terrę. Itē ſi terra eſſet plana ab oriente in occidentē: tā cito orirent̄ ſtellę occidentalib⁹ q̄ʒ orientalib⁹. qꝺ patet eſſe falſū. Itē ſi terra eſſet plana a ſeptentrione in auſtrū & econtra: ſtellę quę eſſent alicui ſempiternę apparitionis: ſemꝑ apparerēt ei quocūqꝫ ꝓcederet: qꝺ falſum ē. Sed ꝙ plana ſit prę nimia eius quantitate hominū uiſui apparet.

QVOD AQVA SIT ROTVNDA.

Qꝺ aūt aqua habeat tumorē & accedat ad rotūditatē ſic patet Ponat̄ ſignū in littore maris & exeat nauis a portu: & intantū elonget̄ ꝙ ocul⁹ exiſtēs iuxta pedē mali nō poſſit uidere ſignū. Stante uero naui ocul⁹ eiuſdē exiſtētis ī ſūmitate mali bene ui/debit ſignū illud. Sed oculus exiſtētis iuxta pedē mali melius deberet uideri ſignū q̄ʒ q eſt in ſūmitate: ſicut patet ꝑ lineas ductas ab utroqꝫ ad ſignum: & nulla alia hui⁹ rei cauſa eſt q̄ʒ tumor aquę. Excludant̄ enī oīa alia īpedimēta: ſicut nebulę & uapores



aſcendentes. Item cū aqua ſit corpus homogeneū totum cum partib⁹ eiuſdem erit rationis: ſed partes aquę ſicut ī guttulis & roribus herbaꝝ accidit: rotundā naturaliter appetunt formam ergo & totum cuius ſunt partes.


QVOD TERRA SIT CENTRVM MVMDI.

Qꝺ autē terra ſit in medio firmamenti ſita ſic patet. Exiſtentibus in ſuperficie terrę ſtellę apparēt eiuſdem quantitatis ſiue ſint in medio cęli: ſiue iuxta ortum: ſiue iuxta occaſum: & hoc quia terra ęqualiter diſtat ab eis. Si enim terra magis accederet

ad firmamentũ in una parte q̃ꝫ in alia aliquis exiſtens ĩ alia pte ſupficiei terrę q̃ magis accedetet ad firmamentũ nõ uideret cę/li medietatẽ: ſed hoc ẽ contra Ptolemęũ & oẽs pħos dicẽtes ꝙ ubicunqꝫ exiſtat homo ſex ſigna oriunť ei: & ſex occidũt: & medietas cęli ſemp apparet ei: medietaſ uero occultať. Illud itẽ eſt ſignum ꝙ terra ſit tanq̃ꝫ centrũ & pũctus reſpectu firmamẽti; quia ſi terra eſſet alicuiꝰ quantitatis reſpectu firma/menti: nõ cõtingeret medietatẽ cęli ui



deri. Itẽ ſi intelligať ſupficies plana ſup centrũ terrę diuidẽs eã in duo ęq̃lia: & p cõſequẽs ipſũ firmamentũ. oculus igiť exiſtẽs in centro terrę uideret medietatẽ firmamẽti. Ideqꝫ exiſtens in ſupficie terrę uideret eandẽ medietatẽ. Ex his colligiť ꝙ inſen ſibilis eſt quantitas terrę quę eſt a ſupficie ad centrũ: & p conſe quens quãtitas totiꝰ terrę inſenſibi/lis eſt reſpectu firmamẽti. Dicit etiã Alfraganus ꝙ minima ſtellarũ fixaꝝ uiſu notabiliũ maior eſt tota terra: ſꝫ ipſa ſtella reſpectu firmamenti eſt q̃ſi punctus: multo igiť fortius terra: cũ ſit minor ea.



DE IMMOBILITATE TERRAE.

Qđ aũt terra ĩ medio omniũ ĩmobiliter teneať: cum ſit ſũme grauis: ſic pſuaderi uideť eſſe eiꝰ grauitas. Oẽ enĩ graue tẽdit na turaliter ad centrũ. Centrũ q̃dẽ pũctus eſt in medio firmamẽti: terra igiť cũ ſit ſũme grauis: ad punctũ illũ naturaliter tẽdit. Itẽ quicq̃d a medio moueť uerſus circũferentiã cęli aſcẽdit. terra a medio moueť ergo aſcẽdit qđ ꝑ ĩpoſſibili relinquiť.


DE QVANTITATE ABSOLVTA TERRAE.

Totus aũt terrę ambitꝰ auctoritate Ambroſii Theodoſii Ma crobii & Euriſtenis pħoꝝ. 252000. ſtadia cõtinere diffiniť. Vni/cuiqꝫ quidẽ. 360. ptiũ zodiaci. 700. deputãdo ſtadia. Sũpto enim

aſtrolabio ĩ ſtellatę noctis claritate ꝑ utrũq; mediclinii foramẽ polo ꝓſpecto noteť graduũ multitudo in q̃ ſteterit mediclíniũ: deinde ꝓcedat coſmimetra directe cõtra ſeptẽtrionẽ a meridie donec ĩ alteri⁹ noctis claritate uiſo ut pri⁹ polo ſteterit alti⁹ uno gradu medicliniũ. poſt hoc menſus ſit hui⁹ itineris ſpaciũ: & inueniet. 700. ſtadiorũ. deinde datis unicuiq;. 360. graduũ tot ſtadiis terreni orbis ambit⁹ inuẽtus erit. Ex his autẽ iuxta circuli & diametri regulã: terrę diameter ſic ĩueniri poterit. Aufer uigeſimã ſecũdã ptẽ de circuitu terrę: & remanẽtis tertia ps. hoc ẽ 80181. ſtadia & ſemis & tertia uni⁹ ſtadii erit terreni orbis diameter ſiue ſpiſſitudo.

CAPITVLVM SECVNDVM DE CIRCVLIS EX QVIBVS SPHAERA MATERIALIS COMPONITVR: ET ILLA SVPERCAELESTIS QVAE PER ISTAM IMAGINATVR COMPONI INTELLIGITVR.

HOrũ aũt circulorũ: quidã ſũt maiores: quidã minores: ut ſenſui p;. Maior enĩ circul⁹ in ſphęra diciť q deſcriptus in ſupficie ſphęrę ſup ei⁹ centrũ diuidit ſphęrã in duo ęqualia. Minor uero q deſcriptuſ in ſupficie ſphęrę eam nõ diuidit in duo ęqualia: ſed in portiones inęq̃les. Inter circulos uero maiores primo dicendũ eſt de ęquinoctiali. Eſt igiť ęquinoctialis circulus quidã diuidẽs ſphęrã ĩ duo ęqualia ſm quãlibet ſui ptẽ ęquidiſtans ab utroq; polo. Et dicitur ęquinoctialis: q̃m q̃n ſol tranſit ꝑ illũ: qđ eſt bis in ãno ĩ principio arietis ſc; & in principio librę: eſt ęq̃noctiũ in uniuerſa terra. Vnde etiã appellať ęquator diei & nocti: qa adęquat diẽ artificialẽ nocti. Et diciť cingulus primi motus. Vnde ſciendũ q; prim⁹ mot⁹



dicit̃ motus primi mobilis:hoc eſt nonę ſphęrę ſiue cęli ultimi qui eſt ab oriente ꝑ occidentẽ rediens iteꝝ in orientẽ: qui etiã dicit̃ motus rationalis : ad ſimilitudinẽ motus rõnis qui eſt in microcoſmo.id eſt in homine.ſcꝫ quãdo fit cõſideratio a crea/ tore ꝑ creaturas in creatorẽ ibi ſiſtendo. Secundus motus fir/ mamenti & planetarũ cõtrarius huic eſt ab occidẽte ꝑ orientẽ iterũ rediens in occidentẽ.qui motus dicit̃ irrationalis ſiue ſen ſualis:ad ſimilitudinẽ motus microcoſmi.qui eſt a corruptibili bus ad creatorẽ iterũ rediens ad corruptibilia. Dicit̃ ergo cin/ gulus primi motus:quia cingit ſiue diuidit primũ mobile. ſcili cet ſphęrã nonã in duo ęqualia ęquidiſtans a polis mũdi.Vnde notandum ꝙ polus mundi qui nobis ſemꝑ apparet:dicitur po lus ſeptẽtrionalis:arcticus uel borealis. Septẽtrionalis dicitur a ſeptentrione:hoc eſt minori urſa:qui dicitur a ſeptẽ & trion: quod eſt bos:quia ſeptẽ ſtellę quę ſunt in urſa tarde mouent̃ ad modũ bouis:cũ ſint ꝓpinquę polo. Vel dicunt̃ illę ſeptem ſtellę ſeptẽtriones:quaſi ſeptẽ teriones:eo ꝙ terũt ꝑtes circa polum. Arcticus quidẽ dicit̃ ab arctos qđ eſt maior urſa. Eſt enĩ iuxta maiorẽ urſã. Borealis uero dicit̃.quia eſt ĩ illa parte a qua uenit boreas.Polus uero oppoſitus dicit̃ antarcticus: quaſi cõtra ar/ cticũ poſitus.dicit̃ & meridionalis.qa ex ꝑte meridiei eſt. dicit̃ etiã auſtralis:qa eſt in illa ꝑte a qua uenit auſter. Iſta igit̃ duo pũ cta in firmamẽto ſtabilia:dicunt̃ poli mũdi: quia ſphęrę axẽ ter minant:& ad illos uoluit̃ mundus: quorũ unus ſemꝑ nobis ap paret:reliquꝰ uero ſemꝑ occultat̃.Vnde Virgiliꝰ in primo geor/ gicorũ.Hic uertex nobis ſemꝑ ſublimis: at illũ ſub pedibꝰ ſtyx atra uident maneſqꝫ ꝓfundi.


DE ZODIACO CIRCVLO.

Eſt alius circulꝰ in ſphęra q interſecat ęqnoctialẽ & interſecat̃ ab eodẽ ĩ duas ꝑtes ęqles & una eiꝰ medietas declinat uerſus ſe/ ptentrionẽ:alia uerſus auſtrũ:& dicit̃ iſte circulus zodiacꝰ a zoe qđ eſt uita.quia ſ̃m motũ planetarũ ſub illo eſt oĩs uita in rebus

inſerioribus. Vel dicit̃ a zodion qđ eſt aĩal: q̃a cũ diuidat̃ in .12. ptes ęquales quęlibet ps appellat̃ ſignũ: & nomẽ habet ſpeciale a noĩe alicuiꝰ aĩalis: ꝓpter ꝓprietatẽ aliquã cõuenientẽ tã ipſi q̃ȝ aĩali: uel ꝓpter diſpoſitionẽ ſtellarũ fixarũ in illis ptibꝰ ad mo/ dũ huiuſmodi aĩaliũ. Iſte uero circulus latine dicit̃ ſignifer: quia fert ſigna: uel quia diuidit̃ in ea. Ab Ariſtotele uero in libro de generatiõe & corruptiõe dicit̃ circulus obliquꝰ ubi dicit ꝙ ſm acceſſum & receſſum ſolis in circulo obliquo fiũt generationes & corruptiões in rebꝰ inferioribꝰ. Noĩa autẽ ſignorũ: ordinatio & numerꝰ in his patẽt uerſibꝰ. Sũt aries taurꝰ gemini cancer leo uirgo: Libraq; ſcorpius architenẽs caper amphora piſces. Qđli bet autẽ ſignũ diuidit̃ in .30. gradꝰ. Vnde patet ꝙ in toto zodia co ſunt .360. gradus. Scđm autẽ aſtronomos iterũ qlibet gradus diuidit̃ in .60. minuta: qđlibet minutũ in .60. ſecũda: qđlibet ſe/ cundũ in .60. tertia. & ſic deinceps uſq; ad .10. & ſicut diuidit̃ zo diacus ab aſtronomo. ita & quilibet circulꝰ in ſphęra: ſiue maior ſiue minor in ptes cõſimiles. cũ oĩs etiã circulus ĩ ſphęra pręter zodiacũ intelligat̃ ſicut linea uel circũferentia: ſolus zodiacꝰ in telligit̃ ut ſupficies habẽs in latitudine ſua .12. gradus. de cuiuſ/ modi gradibꝰ iam locuti ſumꝰ. Vnde patet ꝙ quidã mentiunt̃ ĩ aſtrologia dicẽtes ſigna eſſe quadrata: niſi abutẽtes noĩe idẽ ap pellent quadratũ & quadrangulũ. Signũ enĩ habet .30. gradus ĩ longitudine: .12. uero in latitudine. Linea aũt diuidẽs zodiacũ ĩ circuitu ita ꝙ ex una pte ſui relinquat ſex gradꝰ: & ex alia pte alios ſex. dicit̃ linea ecliptica: qm̃ qñ ſol & luna ſunt linealiter ſub illa: cõtĩgit eclypſis ſolis aut lunę. Solis: ut ſi fiat nouiluniũ & luna interponat̃ recte inter aſpectus noſtros & corpꝰ ſolare. Lunę: ut in plenilunio: qñ ſol lunę opponit̃ diametralit̃. Vnde eclypſis lunę nihil aliud eſt q̃ȝ interpoſitio terrę inter corpꝰ ſo/ lis & lunę. Sol quidẽ ſemp decurrit ſub ecliptica oẽs alii plane/ tę declinant uel uerſus ſeptẽtrionẽ: uel uerſus auſtrũ: qñq; autẽ ſunt ſub ecliptica. Pars uero zodiaci quę declinat ab ęqnoctiali

uerſus ſeptētrionē dicit̃ ſeptētrionalis: uel borealis uel arctica. Et illa ſex ſigna quę ſunt a principio arietis uſq; in finē uirginis dicunt̃ ſigna ſeptentrionalia. Alia pars zodiaci quę declinat ab ęquinoctiali uerſus meridiē dicit̃ meridionaliſ uel auſtralis uel antarctica. Et ſex ſigna quę ſūt a principio librę uſq; in finē pi/ ſciū dicunt̃ meridionalia uel auſtralia. Cū autē dicit̃ ꝙ in ariete eſt ſol uel in alio ſigno. Sciendum ꝙ hęc prępoſitio in. ſumit̃ ꝑ ſub ſm ꝙ nūc acci/ pimus ſignū. In alia autē ſignificatiōe di/ cit̃ ſignū pyramis quadrilatera: cui⁹ baſis eſt illa ſuperficies quā appellamus ſignū. uertex uero ei⁹ eſt in centro terrę. Et ſm hoc ꝓprie loquendo poſſum⁹ dicere pla/ netas eſſe in ſignis. Tertio modo dicit̃ ſi gnū ut intelligant̃ ſex circuli tranſeuntes ſup polos zodiaci: & ꝑ pricipia. 12. ſignorū. Illi ſex circuli di/ uidūt totā ſupficiē ſphęrę in. 12. ptes la tas ī medio: artiores uero iuxta polos zodiaci: & quęlibet ps talis dicit̃ ſignū & nomē habet ſpeciale a noīe illi⁹ ſigni qd̄ ītercipit̃ īter ſuas duas lineas. Et ſm hāc acceptionē: ſtellę quę ſūt iuxta po/ los dicunt̃ eſſe in ſignis. Item intelligat̃ corpus qd̄dā: cui⁹ baſis ſit ſignū: ſm ꝙ nunc ultimo accepim⁹ ſi/ gnū. acumen uero ei⁹ ſit ſup axē zodiaci. Tale igit̃ corpus ī quar ta ſignificatiōe dicit̃ ſignū: ſm quā acceptionē totus mūdus di/ uidit̃ in. 12. ptes ęquales quę dicunt̃ ſigna: & ſic quicqd ē in mū do eſt in aliquo ſigno.





DE DVOBVS COLVRIS:

Sūt autē alii duo circuli maiores in ſphęra qui dicunt̃ coluri: quorū officiū eſt diſtinguere ſolſtitia & ęquinoctia. Dicit̃ autē colur⁹ a colon gręce qd̄ eſt membrū: & uros qd̄ eſt bos ſilueſter quia quēadmodū cauda bouis ſilueſtris erecta. quę eſt ei⁹ mem/

brũ facit ſemicirculũ & nõ pfectũ: ita colurus ſemp apparet no/bis impfect⁹ qm̃ ſolũ una ei⁹ medietas apparet:alia uero nobis occultat̃.Colurus igit̃ diſtinguens ſolſtitia tranſit p polos mũdi p polos zodiaci:& maximas ſolis declinatiões.hoc ē p primos gradus cancri & capricorni.Vnde prim⁹punct⁹cancri ubi colurus iſte interſecat zodiacũ dicit̃ pũctus ſolſtitii ęſtiualiſ:quia qñ ſol eſt in eo:eſt ſolſtitiũ ęſtiuale:&nõ põt ſol magis accedere ad zenith capitis noſtri.Eſt autẽ zenith pũctus in firmamẽto directe ſuprapoſitus capitib⁹noſtris.Arcus uero coluri q intercipit̃ inter punctũ ſolſtitii ęſtiualis & ęquinoctialẽ:appellat̃ maxima ſolis declinatio.Et eſt ſm Ptolemęũ.23.graduũ:&.51.minuto℞ Secundũ Almeonẽ uero.23.graduũ &.33.minutorũ.Siliter primus pũctus capricorni:ubi idẽ colur⁹ex alia pte interſecat zo/diacũ dicit̃ pũctus ſolſtitii hyemalis:& arcus coluri interceptuſ inter pũctũ illũ & ęquinoctialẽ dicit̃ alia maxĩa ſolis declinatio & ē ęq̃lis priori.Alter quidẽ colur⁹tranſit p polos mũdi:& per prima pũcta arietis & librę:ubi ſũt duo ęquinoctia:unde appellat̃ colurus diſtinguẽs ęquinoctia. Iſti aũt duo coluri interſecãt ſeſe ſup polos mundi ad angulos rectos ſphęrales.Signa quidẽ ſolſtitiorũ & ęquinoctiorũ patent his uerſib⁹.Hęc duo ſolſtitia faciũt cancer capricorn⁹ſed noctes ęquãt aries & libra diebus.

DE MERIDIANO ET HORIZONTE.

Sunt iterũ duo alii circuli maiores in ſphęra.ſ. meridian⁹ & horizon. Eſt aũt meridian⁹.circulus quidã tranſiẽs p polos mũdi:& p zenith capitis noſtri.Et dicit̃ meridian⁹.qa ubicunq̧ ſit hõ: & in quocũq̧ tpe anni qñ ſol motu firmamẽti peruenit ad ſuũ meridianũ eſt illi meridies.Conſimili ratione dicit̃ circulus medię diei.Et notandũ ꝙ ciuitates quarũ una magis accedit ad orientẽ q̃ȝ alia habent diuerſos meridianos. Arcus uero ęqui/noctialis interceptus ĩter duos meridianos dicitur longitudo ciuitatum.Si autem duę ciuitates eundẽ habeant meridianum tunc ęqualiter diſtant ab oriẽte & occidente. Horizon uero

eſt circulus diuidẽs inferi⁹ hemiſperiũ a ſupiori. Vnde appellaẗ horizon.id eſt terminator uiſus. Diciẗ etiam horizon circulus hemiſperii. Eſt autẽ duplex horizon: rect⁹ & obliquus ſiue de/cliuis. Rectũ horizonta.& ſphęrã rectã habẽt illi quorũ zenith eſt in ęquinoctiali: quia illorũ horizon eſt circulus tranſiens p polos mũdi diuidens ęquinoctialẽ ad anguloſ rectos ſphęrales unde diciẗ horizon rectus: & ſphęra recta. Obliquũ horizonta ſiue decliuem: habent illi quib⁹ polos mũdi eleuaẗ ſupra hori/zontem: qm̃ illoꝶ horizon interſecat ęquinoctialẽ ad angulos ĩpares & obliquos. unde diciẗ horizon obliquus: & ſphęra ob/liqua ſiue decliuis. Zenith autẽ capitis noſtri ſemp eſt polus horizontis. Vnde ex his patet ꝙ quanta eſt eleuatio poli mun di ſupra horizontẽ: tanta eſt diſtantia zenith ab ęquinoctiali. qꝺ ſic patet. Cũ in quolibet die naturali uterq; colurus bis iun gaẗ meridiano: ſiue idẽ ſit qꝺ meridianus. quicqd de uno ꝓbaẗ & de reliquo. Sumaẗ igiẗ quarta pars coluri diſtinguentis ſolſti tia quę eſt ab ęquinoctiali uſq; ad polũ mũdi. Sumaẗ iterũ quar/ta pars eiuſdẽ coluri quę eſt a zenith uſq; ad horizontẽ: cũ ze/nith ſit polus horizontis. Iſtę duę quartę cũ ſint quartę eiuſdẽ circuli: inter ſe ſunt ęquales. Sed ſi ab ęqualib⁹ ęqualia demanẗ: uel idẽ cõmune: reſidua erũt ęqualia: dempto igiẗ cõi arcu. ſc; q eſt inter zenith & polũ mũdi: reſidua erunt ęqualia. ſc; eleuatio poli mũdi ſupra horizontẽ: & diſtãtia zenith ab ęquinoctiali.

DE QVATTVOR CIRCVLIS MINORIBVS.

Dicto de ſex circulis maiorib⁹: dicendũ eſt de quattuor mi/noribus. Notandũ igiẗ ꝙ ſol exiſtens in primo puncto cancri: ſiue in puncto ſolſtitii ęſtiualis: raptu firmamẽti deſcribit quẽ/dam circulũ qui ultimo deſcriptus eſt a ſole ex parte poli arcti/ci. Vnde appellaẗ circulus ſolſtitii ęſtiualis ratione ſupius dicta uel tropicus ęſtiualis a tropos qꝺ eſt cõuerſio: quia tunc ſol in/cipit ſe conuertere ad inferius hemiſperiũ & recedere a nobis. Sol iterũ exiſtẽs ĩ primo pũcto capricorni ſiue ſolſtitii hyemalꝭ:

raptu firmamēti deſcribit quendā circulū qui ultimo deſcribit a ſole ex parte poli antarctici. Vnde appellatur circul⁹ ſolſtitii hyemalis ſiue tropicus hyemalis: qa tūc ſol cōuertit ad nos. Cū aūt zodiac⁹ declinet ab ęquinoctiali: & polus zodiaci declinabit a polo mūdi. Cū igitur moueatur octaua ſphęra: & zodiacus q eſt pars octauę ſphęrę mouebitur circa axē mūdi: & polus zodiaci mouebitur circa polū mūdi. Iſte igitur circulus quē deſcribit polus zodiaci circa polū mūdi arcticū dicitur circulus arctic⁹. Ille uero circul⁹ quē deſcribit alter polus zodiaci circa polū mūdi antarcticū dicitur circulus antarctic⁹. Quanta eſt etiā maxima ſolis declinatio ſcʒ ab ęqnoctiali: tanta ē diſtātia poli mūdi ad polū zodiaci: qd ſic patet. Sumatur colur⁹ diſtinguens ſolſtitia q tranſit per polos mūdi: & per polos zodiaci. Cū igitur oēs quartę uni⁹ & eiuſdem circuli inter ſe ſint ęquales: quarta hui⁹ coluri: quę eſt ab ęquinoctiali uſqʒ ad polū mūdi erit ęqualis quartę eiuſdē coluri: quę eſt a primo pūcto cancri uſqʒ ad polū zodiaci. Igitur ab illis ęqualib⁹ dempto cōi arcu qui eſt a primo pūcto cancri uſqʒ ad polū mūdi: residua erūt ęqualia. ſcʒ maxima ſolis declinatio: & diſtantia poli mūdi ad polū zodiaci. Cū autē circulus arcticus ſm quālibet ſui partē ęquidiſtet a polo mūdi patet ꝙ illa pars coluri quę eſt inter primū punctū cancri & circulū arcticū fere eſt dupla ad maximā ſolis declinationē. ſiue ad arcū eiuſdē coluri qui intercipitur inter circulū arcticū & polū mūdi arcticū q etiā arcus ęqualis eſt maxime ſolis declinationi. Cū enī colur⁹ iſte ſicut alii circuli in ſphęra ſit. 360. graduū quarta ei⁹ erit. 90. graduū. Cū igitur maxima ſolis declinatio ſm Ptolemęū ſit. 23. graduū &. 51. minutorum & totidē graduū ſit arcus qui eſt inter circulū arcticū: & polum mūdi arcticū: ſi iſta duo ſimul iūcta: quę fere faciūt. 48. grad⁹ ſubtrahantur a. 90. reſiduū erūt. 42. gradus: quant⁹ eſt arcus coluri: qui eſt inter primū punctū cancri & circulū arcticū. & ſic patet ꝙ ille arcus fere duplus eſt ad maximā ſolis declinationē. Notandū ꝙ ęquinoctialis cū quattuor circulis minorib⁹ dicuntur quinqʒ

paralelli quaſi ęquidiſtantes: nō quia quantum primus diſtat a ſecundo: tantum ſecundns diſtet a tertio. quia hoc falſum eſt ſicut iā patuit. ſed quia quilibet duo circuli ſimul iuncti ſm quālibet ſui partem ęquidiſtant abinuicē & dicunt paralellus ęquinoctialis: paralellus ſolſtitii ęſtiualis. pararellus ſolſtitii hyemalis: paralellus arcticus: & paralellus antarcticus. Notandum etiam ꝙ quattuor paralelli minores ſcilicet duo tropici: & paralellus arcticus: & paralellus antarctic⁹ diſtinguūt in cęlo qnqꝫ zonas ſiue regiones. Vnde Virgili⁹ in georgicis. Quinqꝫ tenēt cęlū zonę: quarū una coruſco. Semꝑ ſole rubēs: & torrida ſemꝑ ab igni. Diſtingnunt etiam totidem plagę in terra directe prędictis zonis ſuppoſitę. Vnde Ouidius primo methamorphoſeorū. Totidēqꝫ plagę tellure pręmunt. Quorum quę media eſt nō eſt habitabilis eſtu. Nix tegit alta duas: totidē inter utraſqꝫ locauit. Temperiemqꝫ dedit mixta cū frigore flāma. Illa igit zona quę eſt inter duos tropicos dicit inhabitabilis ꝓpter calorem ſolis diſcurrētis ſemꝑ inter tropicos. Similiter plaga terrę illi directe ſuoppoſita dicitur inhabitabilis propter calorem ſolis diſcurrentis ſuper illam. Illę uero duę zonę quę circūſcribunt a circulo arctico: & circulo antarctico circa polos mundi. inhabitabiles ſunt ꝓpter nimiam frigiditatē: quia ſol ab eis maxime remouetur: Similiter intelligendū eſt de plagis terrę illis directę ſuppoſitis. Illę autem duę zonę. quarū una eſt inter tropicum ęſtiualem & circulū arcticum: & reliqua quę eſt inter tropicum hyemalē & circulum antarcticū habitabiles ſunt: & temperatę caliditate torridę zonę exiſtentis inter tropicos & frigiditate zonarū extremarū quę ſunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terrę illis directe ſuppoſitis.

Capitulū tertiū de ortu & occaſu ſignorū: de diuerſitate dierū & noctiū. & de diuerſitate climatū.

Signorū aūt ortus & occaſus dupliciter accipit̃: quoniā quantū ad poetas: & quātū ad aſtronomos. Eſt igit̃ ortus & occaſus ſignoꝝ quo ad poetas triplex: ſcꝫ coſmicus: chronicꝰ & eliacus. Coſmicus enī ortus: ſiue mūdanus ē: qñ ſignū uel ſtella ſupra horizontē ex ꝑte orientis de die aſcēdit. Et licet in qualibet die artificiali ſex ſigna ſic oriāt̃: tñ antonomaſice ſignū illud dicit̃ coſmice oriri cū quo & in quo ſol mane orit̃. Et hic ortus proprius & principalis & quottidianꝰ dicit̃. De hoc ortu exemplū ī georgicis habet̃: ubi docet̃ ſatio fabarū & milii in uere ſole exiſtēte ī tauro ſic. Candidꝰ auratis aperit cū cornibꝰ annū. Taurus: & aduerſo cedēs canis occidit aſtro. Occaſus uero coſmicus ē reſpectu oppoſitionis ſcꝫ qñ ſol orit̃ cū aliquo ſigno: cuius ſigni oppoſitū occidit coſmice. De hoc occaſu dicit̃ ī georgicis: ubi docet̃ ſatio frumenti in fine autumni ſole exiſtente in ſcorpione: qui cū oriat̃ cū ſole taurus ſigni eius oppoſitū ubi ſunt pleiades occidit: ſic. Ante tibi eoe atlantides abſcōdant̃ Debita: q̃ꝫ ſulcis cōmittas ſemina. Chronicꝰ ortus: ſiue tꝑalis eſt qñ ſignū uel ſtella poſt ſolis occaſum ſupra horizontē ex ꝑte oriētis emerget chronice ſcꝫ de nocte: & dicit̃ temporalis: quia tempus mathematicorū naſcit̃ cū ſolis occaſu. De hoc ortu habemus in Ouidio de ponto. ubi conqueritur moram exilii ſui dicens. Quattuor autūnos pleias orta facit. Significans ꝑ quattuor autumnos quadraginta quattuor annos tranſiſſe poſtquā miſſus erat in exilium. Sed Virgilius uoluit in autumno pleiades occidere: ergo contrarii uidentur. Sed ratio huius eſt ꝙ ſecundum Virgilium occidunt coſmice. Secundū Ouidiū oriunt̃ chronice. qđ bene pōt contingere eodē die. Sed differenter tñ



quia coſmicus occaſus ē reſpectu tp̄is matutini.Chronicꝰ uero ortus reſpectu ueſptini eſt.Chronicꝰoccaſus ē reſpectu oppoſitionis. Vnde lucanꝰſic inquit. Tūc nox theſſalicas urgebat ꝑua ſagittas.Eliacus ortus ſiue ſolaris:ē qn̄ ſignū uel ſtella uideri poteſt ꝑ elongationē ſolis ab illo:qđ prius uideri nō poterat ſolis ꝓpinquitate.Exemplū huiꝰponit Ouidius in libro de faſtes ſic Iā leuis obliqua ſubſedit aquarius urna.Et Virgiliꝰin georgicis Gnoſiaq; ardentis deſcēdit ſtella coronę. Quę iuxta ſcorpionē exiſtens nō uidebat᷑:dū ſol erat in ſcorpione.Occaſus eliacus ē qn̄ ſol ad ſignū accedit: & illud ſua pręſentia & luminoſitate uideri nō ꝑmittit.Huius exemplū eſt in uerſu pręmiſſo ſcʒ. Taurus & aduerſo cedēs canis occidit aſtro.

DE ORTV ET OCCVSV SIGNORVM SECVNDVM ASTROLOGOS.

Sequit᷑ de ortu &occaſu ſignoꝝ ꝓut ſumūt aſtronomi:|& priꝰ in ſphęra recta.Sciendū eſt ꝙ tā in ſphęra recta q̄ȝ obliqua aſcēdit ęquinoctialis circulus ſemꝑ uniformiter:ſcʒ in tp̄ibꝰęqualibus ęquales arcus aſcendūt. Motus enī cęli uniformis ē: & angulus quē facit ęquinoctialis cū horizonte obliquo nō diuerſificat᷑ in aliquibꝰhoris.Partes uero zodiaci nō de neceſſitate habent ęquales aſcenſiōes in utraq; ſphęra:quia quāto aliqua zodiaci ꝑs rectiꝰorit᷑:tanto plus tp̄is ponit᷑ in ſuo ortu.Huiꝰſignū eſt:quia ſex ſigna oriūt᷑ ī longa uel breui die artificiali.ſimiliter & in nocte.

Notandū igit᷑ ꝙ ortꝰ uel occaſus alicuius ſigni nihil aliud ē q̄ȝ illā ꝑtē ęquinoctialis oriri quę orit᷑ cum illo ſigno oriente:uel aſcendēte ſupra horizontē uel illā partē ęquinoctialis occidere q̄ occidit cū altero ſigno occidente. id ē tendente ad occaſum ſub horizonte.




Signū autē recte oriri dicit᷑ cū quo maior pars ęquinoctialis orit᷑:obliquę uero cū quo minor.Similit᷑

etiã intelligendũ eſt de occaſu. Et eſt ſciendũ ꝙ in ſphęra re/
cta quattuor zodiaci inchoate quattuor pũctis:duob⁹ſcꝫ ſolſti/
tialib⁹& duob⁹ęquinoctialib⁹adęquant̃ ſuis aſcenſionib⁹.id eſt
quantũ tpis cõſumit quarta zodiaci in ſuo ortu: in tanto tem/
pore quarta ęquinoctialis illi cõterminalis porit̃. ſed tñ partes
illarũ quartaꝝ uariant̃:necꝫ habẽt ęquales aſcẽſiones: ſicut iã pa
tebit.Eſt enĩ regula.quilibet duo arcus zodiaci ęq̃les & ęq̃liter
diſtãtes ab aliquo quattuor punctorũ iã dictorũ ęquales habẽt
aſcenſiones. Et ex hoc ſequit̃ ꝙ ſigna oppoſita ęquales habent
aſcenſiones.Et hoc ẽ qꝺ dicit Lucan⁹loquẽs de ꝓceſſu Catonis
ĩ Libyã uerſus ęq̃noctialẽ.Nõ obliqua meãt: nec tauro rectior
exit Scorpi⁹.aut aries donat ſua tpa librę: Aut aſtrea iubet len
tos deſcendere piſces.Par geminis chiron:& idẽ qꝺ charcinus
ardẽs.Humid⁹ęgloceros:nec plus leo tollit̃ urna.Hic dicit Lu
canus ꝙ exiſtentib⁹ſub ęquinoctiali ſigna oppoſita ęq̃les habẽt
aſcenſiões & occaſum.Oppoſitio autẽ ſignorũ habet̃ ꝑ hũc uer/
ſum.Eſt li.ari.ſcor.tau.ſa.gemi.capri.can.a.le.piſ.uir.Et notan/
dũ ꝙ nõ ualet talis argumẽtatio.Iſti duo arcus ſũt ęquales: & ſil̃
incipiũt oriri:& ſemꝑ maior orit̃ de uno q̃ꝫ de reliquo:ergo il/
le arcus citius ꝑoriet̃ cui⁹maior ꝑs ſemꝑ oriebat̃. Inſtantia hui⁹
argumentatiõis manifeſta eſt in partib⁹ pręd ictarũ quartarũ.Si
enĩ ſumat̃ q̃rta ꝑs zodiaci: quę eſt a principio arietis uſcꝫ ad fi/
nẽ geminorũ:ſemꝑ maior ꝑs orit̃ de quarta zodiaci q̃ꝫ de quar/
ta ęq̃noctialis ſibi cõterminali:& tñ illę duę quartę ſil̃ꝑoriunt̃.
Idẽ intellige de quarta zodiaci quę ẽ a pĩcipio librę uſcꝫ ĩ finẽ
ſagittarii.Itẽ ſi ſumat̃ quarta zodiaci quę ẽ a principio cãcri uſcꝫ
in finẽ uirginis : ſemꝑ maior ꝑs orit̃ de quarta ęquinoctialis q̃ꝫ
de quarta zodiaci illi conterminali : & tñ illę duę quartę ſimul
ꝑoriunt̃. Idẽ intellige de quarta zodiaci quę eſt a primo pũcto
capricorni uſcꝫ in finẽ piſciũ. In ſphęra autẽ obliqua ſiue decli
ui duę medietates zodiaci adęquant̃ ſuis aſcenſionib⁹ Medie/
tates dico quę ſumunt̃ a duob⁹pũctis ęquinoctialib⁹: quia me/

dietas zodiaci: quę eſt a principio arietis uſqꝫ in finem uirginis oritˀ cū medietate ęquinoctialis ſibi cōterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritˀ cū reliqua medietate ęquinoctialis. Partes autē illarū medietatū uariantˀ ſm ſuas aſcenſiones: qm̄ in illa medietate zodiaci: quę eſt a principio arietis uſqꝫ in finē uirginis ſemp maior ps oritˀ de zodiaco q̄ꝫ de ęquinoctiali: & tn̄ ille medietates ſimul poriuntˀ. Ecōuerſo cōtingit in reliqua medietate zodiaci: quę eſt a principio librę uſqꝫ ad finē piſciū: ſemper enī maior pars oritˀ de ęquinoctiali q̄ꝫ de zodiaco: & tn̄ illę medietates ſimul poriuntˀ. Vnde hic patet inſtantia facta manifeſtior contra argumentationē ſuperius dictā. Arcus autē qui ſuccedunt arieti uſqꝫ ad finē uirginis ī ſphęra obliqua minuūt aſcēſiones ſuas ſupra aſcenſiones eorūdem arcuū in ſphęra recta: qa minus oritur de ęquinoctiali. Et arcus qui ſuccedunt librę uſqꝫ ad finē piſcium in ſphęra obliqua augent aſcenſioneſ ſuas ſupra aſcenſiones eorūdē arcuū in ſphęra recta: quia plus oritˀ de ęquinoctiali. Augent dico ſm tantā quantitatē in quanta arcus ſuccedentes arieti minuunt. Ex hoc patet ꝙ duo arcus ęquales & oppoſiti in ſphęra decliui habent aſcenſiones ſuas iūctas ęquales aſcenſionibꝰ eorundem arcuū in ſphęra recta ſimul ſūptis: qa quanta eſt diminutio ex una pte: tanta ē additio ex altera. Licet enī arcus inter ſe ſint ęquales: tn̄ quantū unus minor eſt tantū recuperat alius. & ſic patet adęquatio. Regula quidē ē ī ſphęra obliqua ꝙ quilibet duo arcus zodiaci ęquales & ęq̄liter diſtantes ab alterutro punctorū ęquinoctialiū ęquales habēt aſcēſiones. Ex prędictis etiā patet ꝙ dies naturales ſunt inęquales. Eſt enī dies naturalis reuolutio ęquinoctialis circa terrā ſemel cū tanta zodiaci parte quanta interim ſol ptranſit motu ꝓprio contra firmamentū. Sed cū aſcenſiones illorū arcuū ſint inęquales: ut patet p prędicta tā in ſphęra recta q̄ꝫ in obliq. & penes additamenta illarū aſcenſionū conſiderentˀ: dies naturales illi de neceſſitate erūt inęquales. In ſphęra recta ꝓpter unicā cauſam. ſ.

ꝑpter obliquitatē zodiaci. In ſphęra uero obliqua ꝑpter duas cauſas ſcꝫ ꝑpter obliquitatē zodiaci:& obliquitatē horizontis obliqui. Tertia ſolet aſſignari cauſa eccentricitas circuli ſolis.

Notandū etiā ꝙ ſol tendēs a primo puncto capricorni ꝑ ariētem uſqꝫ ad primū pūctū cancri : raptu firmamēti deſcribit. 182. paralellos.qui etiā paralelli: & ſi non oīno ſint circuli ſed ſpirę cū tn̄ nō ſit in hoc error ſenſibilis:in hoc uis nō cōſtituat: ſi circuli appellēt:de numero quorū circulorū ſūt duo tropici:& unꝰ ęquinoctialis. Itē iam dictos circulos deſcribit ſol raptu firmamenti deſcendēs a primo puncto Cancri ꝑ librā uſqꝫ ad primū punctū capricorni.Et iſti circuli dierū naturaliū circuli appellant. Arcus aūt q ſunt ſupra horizontē ſūt arcus dierū artificialiū. Arcus uero q ſūt ſub horizonte ſunt arcus noctiū.In ſphęra igit recta cū horizon ſphęrę rectę tranſeat ꝑ polos mūdi:diuidit oēs circulos iſtos in ꝑtes ęqles. Vnde tanti ſūt arcus dierū:quāti ſūt arcus noctiū apud exiſtentes ſub ęqnoctiali. Vnde patet ꝙ exiſtētibꝰ ſub ęquinoctiali in quacūqꝫ ꝑte firmamēti ſit ſol eſt ſemꝑ ęquinoctiū.In ſphęra autē decliui horizon obliquꝰ diuidit ſolū ęqnoctialē ī duas ꝑtes ęquales. Vnde qn̄ ſol eſt in alterutro punctorū ęqnoctialiū. tūc arcus diei ęquat arcui noctis:& ē ęqnoctiū in uniuerſa terra Oēs uero alios circulos diuidit horizon obliquꝰ in ꝑtes īęquales:ita ꝙ in oībꝰ circulis q ſūt ab ęqnoctiali uſqꝫ ad tropicū cancri:& in ipſo tropico cancri maior eſt arcꝰ diei q̄ꝫ noctis.id ē arcus ſuꝑ horiyontē q̄ꝫ ſub horizonte. Vnde in toto tꝑe quo ſol mouet a principio arietis ꝑ cancrū uſqꝫ in finē uirginis maiorāt dies ſupra noctes:& tanto plꝰ quāto magſ accedit ſol ad cancrū: & tanto minꝰ quāto magis recedit. Ecōuerſo aūt ſe hꝫ de diebꝰ



& noctibus dũ ſol eſt in ſignis auſtralib⁹. In oĩbus aliis circulis quos ſol deſcribit inter ęquinoctialẽ & tropicũ capricorni ma/ior eſt circulus ſub horizonte & minor ſupra. unde arcus diei ẽ minor q̃ȝ arcus noctis. Et ſm ꝓportionẽ arcuũ minorãt dies ſu/pra noctes. & quãto circuli ſunt ꝓpinquiores tropico hyemali tanto magis minorant dies. Vnde uidet ꝙ ſi ſumant duo circuli ęquidiſtantes ab ęquinoctiali ex diuerſis ꝑtib⁹ quant⁹ eſt ar/cus diei in uno: tant⁹ eſt arcus noctis ĩ reliquo. Ex hoc ſequi uidetur ꝙ ſi duo dies naturales ſumant in anno ęqualiter remoti ab alterutro ęquinoctiorũ in oppoſitis partib⁹ quanta ẽ dies artificialis uni⁹. tanta ẽ nox alteri⁹: & ecõuerſo. Sed hoc eſt quantũ ad uulgi ſenſibilitatẽ in horizontis fixiõe. Ratio enĩ ꝑ ademptionẽ ſolis contra firmamentũ in obliquitate zodiaci ueri⁹ diiudicat. Quanto quidẽ polus mũdi magiſ eleuat ſupra horizontem tanto maiores ſunt dies ęſtatis qñ ſol eſt ĩ ſignis ſeptẽtrio/nalib⁹. Sed eſt ecõuerſo qñ eſt in ſignis auſtralib⁹: tanto enĩ magis minorant dies ſupra noctes. Notandũ etiã ꝙ ſex ſigna q̃ ſũt a principio cancri ꝑ librã uſq; in finẽ ſagictarii habent aſcenſiones ſuas in ſphęra obliqua ſimul iũctas maiores aſcenſionib⁹ ſex ſignorũ quę ſunt a principio capricorni ꝑ arietẽ uſq; ad finẽ geminorum. Vnde illa ſex ſigna prius dicta dicunt recte oriri. iſta uero ſex obliquę. Vnde Virgili⁹. Recta meant: obliqua ca/dunt a ſidere cancri. Donec finit chiron. ſed cętera ſigna Naſcũtur prono: deſcendũt tramite recto. Et qñ eſt nobis maxĩa dies in ęſtate ſcȝ ſole exiſtente in principio cancri: tũc oriunt de die ſex ſigna directe oriẽtia: de nocte autẽ ſex obliquę. Econuerſo qñ nobis ẽ minim⁹ dies in anno ſcȝ ſole exiſtente in principio capricorni: tũc de die oriũt ſex ſigna oblique oriẽtia: de nocte uero ſex directe. Qñ aũt ſol eſt ĩ alterutro pũctoꝝ ęqnoctialiũ: tunc de die oriunt tria ſigna directe orientia: & tria oblique. & de nocte ſimilit. Eſt enĩ regula. quantũcũq; breuis uel ꝓlixa ſit dies uel nox ſex ſigna oriunt de die & ſex de nocte. nec ꝓpter

plixitatē uel breuitatē diei uel noctis plura uel pauciora ſigna oriunť ſit ſpaciū tpis ī quo medietas ſigni poriť: in qualibet die artificiali: ſimiliter & in nocte ſunt. 12. horę naturales. In oībus autē aliis circulis qui ſūt a latere ęqnoctialis: uel ex pte auſtrali uel ſeptentrionali: maioranť uel minoranť dies uel noctes ſm ꝙ plura uel pauciora de ſignis directe oriētibꝰ: uel obliquę de die uel de nocte oriunť.

DE DIVERSITATE DIERVM ET NOCTIVM QVAE FIT HABITANTIBVS IN DIVERSIS LOCIS TERRę.

Notandū autē ꝙ illis quorū zenith eſt ī ęquinoctiali circulo ſol bis in āno tranſit p zenith capitis eorū. ſcilicet qn̄ eſt ī principio arietis uel ī principio librę. & tūc ſūt illis duo alta ſolſtitia. quoniā ſol directe tranſit ſupra capita eorū. Sunt iterū illis duo ima ſolſtitia: quando ſol eſt in primis punctis cancri & capricorni: & dicunť ima: quia tūc ſol maxime remoueť a zenith capitis eorū. Vnde ex prędictis patet: cū ſemp habeant ęquinoctium in anno quattuor habebūt ſolſtitia: duo alta & duo ima. Patet etiā ꝙ duas habēt ęſtates. ſole ſcꝫ exiſtēte in alterutro pūctorū ęquinoctialiū: uel prope. Duas etiā habent hyemes. ſcꝫ ſole exiſtēte in primis pūctis cancri & capricorni uel ppe. Et hoc eſt qđ dicit Alfraganus ꝙ ęſtas & hyems ſcꝫ noſtrę ſūt illis uniꝰ & eiuſdē cōplexionis: qm̄ duo tpa quę ſūt nobis ęſtas & hyems ſunt illis duę hyemes. Vnde ex illis uerſibus. Lucani patet expoſitio. Deprenſum eſt hunc eſſe locum quo circulus alti Solſtitii mediū ſignorū pcutit orbem. Ibi enī appellat Lucanus circulū alti ſolſtitii ęquinoctialem: in quo contingūt duo alta ſolſtitia ſub ęquinoctiali exiſtētibus. Orbem ſignorū appellat zodiacū: quē medium. id eſt mediatū hoc eſt diuiſū in duo media ęquinoctialis pcutit. id eſt diuidit. Illis etiā in anno contingit habere quattuor umbras. Cū enim ſol ſit in alterutro punctorū ęquinoctialiū tunc in mane iaciť umbra eorū uerſus occidentē: ī ueſpere uero ecōuerſo. In meridie uero ē illis umbra ppendi/

cularis cũ ſol ſit ſupra caput eorũ. Cũ aũt ſol eſt in ſignis ſepten/
trionalib⁹ tũc iacit̃ umbra eorũ uerſus auſtrũ. Qñ eſt ĩ auſtralib⁹.
tũc iacit̃ uerſus ſeptẽtrionẽ. Illis autẽ oriunt̃ & occidũt ſtellę: q̃
ſũt iuxta polos: ſicut & quibuſdã aliis habitantib⁹ circa ęquino
ctialẽ. Vnde Lucanus ſic inquit. Tũc furor extremos mouit ro
manus boreſtas. Carmenoſq; duces: quorũ iã flexus in auſtrum
Aether nõ totã mergi tñ aſpicit arcton. Lucet & exigua uelox
ibi nocte boetes. Ergo mergit̃ & parũ lucet. Itẽ Ouidius de ea/
dem ſtella. Tingit̃ oceano cuſtos erimanthidos urſę. Aequo/
reaſq; ſuo ſidere turbat aquas. In ſitu autẽ noſtro nũq̃ȝ occidunt
illę ſtellę. Vnde Virgili⁹. Hic uertex nobis ſemp̱ ſublimis at il/
lum. Sub pedib⁹ ſtyx atra uidẽt maneſq; ꝓfũdi. & Lucan⁹. Axis
inocciduus gemina clariſſim⁹ arcton. Itẽ Virgilius in georgicis
ſic inquit. Arctos oceani metuẽtes ęquore mergi.

QVORVM ZENITH EST INTER AEQVI/ NOCTIALEM ET TROPICVM CANCRI.

Illis autẽ quorũ zenith eſt inter ęquinoctialẽ & tropicũ can/
cri cõtingit bis in anno ꝙ ſol tranſit p̱ zenith capitis eorum qd
ſic patet. Intelligat̃ circulus paralellus ęquinoctialis tranſiens p̱
zenith capitis eorũ: ille circul⁹ interſecabit zodiacũ in duobus
locis ęquidiſtantib⁹ a principio cancri. Sol igit̃ exiſtens in illis
duob⁹ pũctis tranſit p̱ zenith capitis eorũ. Vnde duas habent
ęſtates: & duas hyemes: quattuor ſolſtitia: & quattuor umbras
ſicut exiſtẽtes ſub ęqnoctiali. Et in tali ſitu dicũt quidã Arabiã
eſſe. Vnde Lucan⁹ loquens de Arabib⁹ uenientib⁹ Romã in au
xiliũ Pompeio dicit. Ignotũ uobis arabes ueniſtis ĩ orbẽ. Vm/
bras mirati nemorũ nõ ire ſiniſtras. Qm̃ ĩ partib⁹ ſuis qñq; erãt
illis umbrę dextrę: qñq; ſiniſtrę: qñq; ꝑpendiculares: qñq; oriẽ
tales: qñq; occidentales. Sed quando uenerãt Romã circa tro/
picũ cancri tunc ſemp̱ habebãt umbras ſeptentrionales.

QVORVM ZENITH EST IN TROPICO CANCRI.

Illis ſiquidẽ quorũ zenith eſt in tropico cancri contingit ꝙ

ſemel in anno tranſit ſol p̱ zenith capitis eorũ ſcꝫ quando eſt in primo pũcto cancri:& tũc in una hora diei uniꝰ totius anni eſt illis umbra ꝑpendicularis. In tali ſitu dicit̃ Syene ciuitas. Vnde Lucanus. Vmbras nuſq̃ꝫ flectẽte Syene. hoc intellige ĩ meridie uniꝰ diei:& p̱ reſiduũ totiꝰ ãni iacit̃ illis umbra ſeptẽtrionalis.

QVORVM ZENITH EST INTER TROPICVM CANCRI ET CIRCVLVM ARCTICVM.

Illis uero quorũ zenith eſt inter tropicũ cancri:& circulũ ar/cticum cõtingit ꝙ ſol in ſempiternũ nõ tranſit p̱ zenith capitis eorũ:& illis ſemp̱ iacit̃ umbra uerſus ſeptẽtrionẽ. Talis eſt ſitus noſter. Notandũ etiã ꝙ ęthiopia uel aliqua pars eiꝰ eſt circa tropicũ cancri. Vnde Lucanus. Aethiopũq́ꝫ ſolũ qđ non pręmeret̃ ab ulla. Signiferi regione poli: in poplite lapſo. Vltima curuati ꝓcederet ungula tauri. Dicunt enĩ quidã ꝙ ibi ſumit̃ ſignũ ęq/uoce ꝓ duodecima parte zodiaci. & ꝓ forma aĩalis: qđ ſ̃m ma/iorem partẽ ſui eſt in ſigno qđ denominat. Vnde taurus cũ ſit in zodiaco ſ̃m maiorem ſui partẽ: tamen extendit pedem ſuũ ultra tropicum cancri:& ita premit ęthiopiam: licet nulla pars zodiaci premat eam. Si enĩ pes tauri de quo loquit̃ auctor ex/tenderet̃ uerſus ęquinoctialẽ: ut eſſet in directo arietis: uel al/terius ſigni: tunc premeret̃ ab ariete uel uirgine: & aliis ſignis. qđ patet p̱ circulũ ęquinoctialẽ paralellũ circunductũ p̱ zenith capitis ipſorũ ęthiopũ:& arietẽ & uirginẽ uel alia ſigna. Sed cũ ratio phiſica huic cõtrariet̃: nõ enĩ ita eſſent denigrati ſi in temperata naſcerent̃ habitabili. Dicendũ ꝙ illa ps ęthiopię: de qua loquitur Lucanus eſt ſub ęquinoctiali circulo:& ꝙ pes tauri de quo loquit̃ extendit̃ uerſus ęquinoctialẽ. Sed diſtinguit̃ tunc ĩ ſigna cardinalia & regiones. Nã ſigna cardinalia dicunt̃ duo ſi/gna. in quibꝰ cõtingũt ſolſtitia:& duo in quibꝰ contingũt ęqui/noctia. Regiões autem appellant̃ ſigna intermedia. Et ſ̃m hoc patet ꝙ cũ ęthiopia ſit ſub ęq̃noctiali nõ premit̃ ab aliq̃ regiõe: ſed a duobꝰ ſignis tantũ cardinalibꝰ. ſcꝫ ariete & libraꝫ

QVORVM ZENITH EST IN CIRCVLO ARCTICO.

Illis autē quorū zenith ē in circulo arctico cōtingit in quolibet die & tpe anni ꝙ zenith capitis eorū ē idē cū polo zodiaci & tūc habēt zodiacū ſiue eclipticā ꝓ horizonte. Et hoc ē qđ dicit Alfraganus ꝙ ibi circulꝰ zodiaci flectit̄ ſupra circulū hemiſperii. Sed cū firmamētū cōtinue moueat̄ circulus horizōtis interſecabit zodiacū in inſtanti: & cū ſint maximi circuli ī ſphęra interſecabūt ſe in ꝑtes ęq̄les. Vnde ſtatim medietas una zodiaci emergit ſupra horizontē & reliq̄ deprimit̄ ſub horizonte ſubito. & hoc ē qđ dicit Alfraganus ꝙ ibi occidūt repente ſex ſigna: & reliq̄ ſex oriūt̄ cū toto ęq̄noctiali. Cū aūt ecliptica ſit horizon illorū erit tropicꝰ cancri totꝰ ſupra horizonta: & totꝰ tropus capricorni ſub horizonte: & ſic ſole exiſtēte in primo puncto cancri erit illis una dies uigintiq̄ttuor horarū: & q̄ſi inſtans ꝓ nocte quia ī inſtanti ſol tranſit horizonta: & ſtatim emergit: & ille cōtactus eſt ꝓ nocte. Ecōuerſo cōtingit illis ſole exiſtēte ī primo pūcto capricorni. Eſt enī tūc illis una nox uigintiquattuor horarū: & q̄ſi inſtans ꝓ die.

QVORVM ZENITH EST INTER CIRCVLVM ARCTICVM ET Polū mūdi:

Illis autē quorū zenith eſt inter circulū arcticū: & polū mūdi arcticū contingit ꝙ horizon illorū interſecat zodiacū in duobus pūctis ęquidiſtantibꝰ a principio cancri: & ī reuolutiōe firmamēti cōtingit ꝙ illa portio zodiaci ītercepta ſemꝑ relinquit̄ ſupra horizontē. Vnde patet ꝙ q̄ꝫdiu ſol eſt ī illa portiōe intercepta erit unꝰ dies cōtinuus ſine nocte: ergo ſi illa portio fuerit ad quantitatē ſigni uniꝰ: erit ibi dies cōtinuus uniꝰ menſis ſine nocte: ad quantitatē duorū ſignorū erit duorū menſium: & ita deinceps. Item contingit eiſdē ꝙ portio zodiaci intercepta ab illis duobꝰ punctis ęquidiſtantibꝰ a principio capricorni ſemꝑ relinquit̄ ſub horizonte: unde cū ſol eſt in illa portione intercepta: erit una nox ſine die breuis: uel magna ſm quantitatem interceptę portionis. Signa autē reliqua: quę eis oriunt̄ & occidunt: prępoſterę oriunt̄ & occidunt. Oriuntur prępoſterę ſicut

taurus ante arietē:aries añ piſces.piſces ante aquarium. Et tñ ſi gna his oppoſita oriunť recto ordine. & occidūt prępoſterę: ut ſcorpius ante librā. libra ante uirginē : & tñ ſigna his oppoſita occidunt directe illa ſcȝ quę oriebanť prępoſterę: ut taurus.


QVORVM ZENITH EST IN POLO ARCTICO.

lineã dico ęquidiſtantẽ linee exeunti a centro eccẽtrici p cen/
trũ corpis ſolis ad zodiacum. C. Quid in hiſce uerbis notas. V.
Exiguũ aliquid eſt: ſupflue quidem ſemidiametrũ eccentrici ad
centrũ ſolis terminatã ꝓducit uſq; ad zodiacũ. Nã hęc linea ad
zodiacũ uſq; extenſa neq; mediũ ſolis locũ neq; uelocitatẽ mo
tus ei⁹ ęqualẽ in zodiaco deſignat. Sed ſatis eſt lineã ex centro
eccentrici educi & ad centrũ ſolis terminari. Hęc enĩ uelocita
tem ſolis in eccentrico ſuo declarat: cui demũ ęquidiſtantẽ ex
cẽtro mũdi educere licebit. C. Parua uidet illa nota. V. Haba/
be. & parua exiſtit ĩ ueritate. C. Quid rides ubi ueritatẽ appel/
las. V. In mentẽ uenit gręculus quidã eſuriens: quẽ inſanire fe
cit hęc linea ex centro eccentrici p centrũ ſolis uſq; ad zodiacũ
ꝓducta. ait enĩ mediũ ſolis motũ in zodiaco ad huiuſmodi li/
neam terminari. C. Tam temere quiſpiã ſentire poteſt: quando
quidẽ hęc linea in ęquis temporib⁹ ex zodiaco nõ ęquales ab/
ſcindit arcus: quod propriũ linee medii motus eſt officiũ. Sed
hominẽ iſtũ noſſe uelim. V. Dabit poſt hac cognoſcendus. Tu
modo cęptam proſequere lectionem. C. Aduerte igit animum
Quę ęquatio nulla eſt ſole exiſtente ĩ auge uel oppoſito augis:
ipſo autẽ exiſtente in longitudinib⁹ mediis eſt maxima. Quid

quęſo accipis ꝑ uocabulũ longitudinis medię? V. Longitudinẽ
longiorẽ. Ptolemęus intelligit lineã quę ex centro mũdi ad au
gẽ eccẽtrici ꝓtendiṫ. longitudinẽ aũt ꝓpiorẽ accipit lineã a cen
tro mũdi ad oppoſitũ augis porrectã. Interdũ tñ pũcta eccentri
ci dictas lineas terminãtia longiorẽ & ꝓpiorẽ uocat longitudi
nes. Longitudinẽ aũt mediã appellare ſolet lineã egredietẽ ex
cẽtro mũdi ad circũferẽtiã eccẽtrici: ęq̃lẽ q̃dẽ ſemidiametro ec/
centrici: aut pũctũ eccẽtrici q̃d termiat huiuſcemodi lineã. Ap
pellaṫ aũt longitudo media q̃m tm̃ ſuperaṫ a longitudine. lon/
giore quantũ & ipſa ſupat longitudinẽ ꝓpinquiorẽ. Qui aliter
accipit longitudinẽ mediã eccentrici: a mente Ptolemęi rece/
dit. Vt aũt punctũ huiuſmodi longitudinis medię determina/
ri poſſit: figuratiõe utendũ ẽ. Circul⁹.a.b.c.ſup centro.d.lineat⁹
eccentricũ ſolis repſentet. in cui⁹ diametro.a.c. longior atq̧ ꝓ/
pior longitudĩes cõſiſtãt. centrũ mũdi ſit.e. diuiſaq̧.d.e. eccẽtri
citate ꝑ mediũ in pũcto.f. ex ipſo.f. egrediaṫ.f.b. ꝑpendicularis
ad diametrũ a.c. Cui⁹ punctũ.b. terminalẽ dico eſſe longitudi/
nẽ mediã eccentrici. Productiſ enĩ duab⁹ lineis.b.d.&.b.e. erũt
duo latera.b.f.&.f.d. triãguli.b.d.
f. ęqualia duob⁹ laterib⁹.b.f.&.f.e.
trianguli.b.e.f. & uterq̧ angulorũ
ad.f. rect⁹ quare ꝑ quartã primi ele
mentoꝝ Euclidis.b.e. linea ipſi.b.
d. ſemidiametro eccẽtrici ęqualis
erit. linea aũt.e.a. ſcʒ longitudinis
longioris ſupat.a.d. ſemidiametrũ
eccentrici: atq̧ idcirco lineã.b.e.
ipſa eccentricitate.d.e. ſemidiame




ter quoq̧.d.c.&.iõ.b.c. ęqualis ei excedit longitudinẽ ꝓpiorẽ
e.c. eadẽ eccentricitate. Sol igiṫ punctũ.b. poſſidẽs in longitu/
dine media eccentrici ſcḋm mentem Ptolemęi exiſtere diceṫ. C.
Placet id mihi. Sed textũ cõtinuabo niſi aliud ſubiũgere uelis.
V. Quieſce pauliſper donec ex centro mũdi.e. ad diametrũ ec/

centrici.a.c.ꝑpendicularē.e.g. eduxero circūferentię eccētrici ī pūcto.g.incidentē.C. Perge ut iubet.V.Ptolemęus noſter de/ monſtrauit ſoli ī pūcto.g.exiſtēti maximā ī motu ſuo diuerſita tē accidere.C. Nō igiť ī pūcto.b.longitudīs ſcꝫ medię ęquatio/ nē ſolis maximā reperiem⁹.quēadmodū bon⁹ille theoricaꝝ au ctor aſſerebꝫt.V.Recte cōcludis.nō enī in ipſa longitudīe me/ dia:ſed ꝓpe eā maxima ſolis diuerſitas colligiť. Nūc cętera de/ inceps ꝓfer.C.Audito igiť me lecturū.V.Sed miſſū faciam⁹ſolē ſpeculatiōes aūt motuū atqꝫ orbiū lunę aggrediamur.C.Eccen/ tricus ſolis īmobilis eſt niſi quantū ad octauā ſphęrā.Eccentri/ cus aūt lunę moueť quolibet die ab oriēte in occidentē unde/ cim gradib⁹fere.V.Hic ſiſte gradū.Quot cōmemorat ille eccē/ tricos in ſpeculatiōe ſua.C. Vnū dūtaxat epicycli delatorē. V. Quō igiť idē eccentric⁹occidentē uerſus moueri poterit: q epi cyclū defert ad orientē:niſi eidē mobili duoſ contrarios ineſſe mot⁹affirmare qs uelit.C. Nequaq̄ꝫ ſuꝑ iiſdē polis.uerū de cen tro eccentrici dixiſſe uideť:illud enī ad occidentē tranſferť.V. Sed neqꝫ illud natura ꝑmittit. oporteret enī hoc pacto ſcindi corpa cęleſtia uacuūqꝫ in eis repiri. C. Bene ratiocinaris. Id enī neceſſario ſequereť niſi orbi eccentrico epicyclū deferēti alios duos circūponamus ſingulis tm̄ ſuꝑficieb⁹ eccētricos:Ita ut to/ ta triū orbiū cōgeries mūdo fiat cōcentrica.Sed hęc oīa ī theo/ ricis ſuis nouis Georgius Purbachius p̄ceptor tuus explana/ uit & quidē accuratiſſimę.V.Illud demū qđ ſequiť haud pote/ rit ītelligi:ſi nō duos exteriores huiuſmodi eccētricos imagi/ nati fuerim⁹.C.Quid illud eſt.V. Paulo inferius ille.Patet enī inquit ꝙ centrū epicycli lunę bis in menſe ꝑtranſit eccentricū. C. Verū dicis:quo nāqꝫ pacto epicyclus ꝑagrare poſſet eccētri/ cū cui ita inditus eſt ut ad motū ei⁹raptim circūferať.V.Proce/ dendū eſt ocius.nōdum enī limen tranſgreſſis nobis hora fer/ me integra ſubterfluxit.C. Ergo tacere libet minuta ꝓportio/ nalia: quę ut iſte autumat dicūť ſexageſimę ꝑticule lineę duplę

ad lineã exiſtentẽ inter centrũ terrę & centrũ eccentrici diuiſę in ſexaginta ꝑtes. V. Profecto ſi Ptolemęũ uidiſſet hõ ille minuta ꝓportionalia rõnabiliter diffiniuiſſet ſexageſimas eẽ particulas ipſi⁹ exceſſus nõ quidẽ duaꝝ linearũ more ſuo: uerũ duarũ ęquationũ argumẽti maximarũ: quarũ altera quidẽ epicyclo in auge eccentrici cõſtituto accidit: altera uero in augis oppoſito. C. Illud deinceps minime ſatiſfacit mihi ubi de dracone lunę. Et ducit inquit iſtas interſectiones quidã circulus cõcentricus mũdo exiſtẽs in cęlo ęqualis eccẽtrico lunę in magnitudĩe & eſt ĩ ſuꝑficie orbis ſignorũ ſiue ĩ uia ſolis. Nã & ſi facile intelligã huiuſcemodi duas interſectiões: motus tñ earũ fieri poſſe nõ uideť ꝑ circulũ mũdo concentricũ ut ille ait. orbes enĩ corporei ſũt quib⁹ motus cęleſtes fiũt: nõ circuli. V. Nõ iniuria notaſti hũc locũ inſufficienter expoſitũ. Quare mirandũ nõ eſt cur pauciſſimi plenã theoricarũ noticiã habeant. qñquidẽ diminute res ipſa tradita ſit. De luminarib⁹ iã ſatis: nũc ad tres ſuꝑiores tranſeundũ eſt. quorũ quilibet inquit: ille duos habet circulos eccentricos ęquales diſpoſitos in eadẽ ſuꝑficie plana & ĩmobiles niſi quantũ ad motũ octauę ſphęrę & ad motũ quottidianũ circa terrã ab oriente ad occidentẽ. Quid de hac littera tibi uideť amice mi. C. Neutrũ duoꝝ circuloꝝ moueri aſſerit pręterq̃ʒ ad motũ octauę ſphęrę & primi mobilis: qđ a ueritate alienũ arbitror. cũ alter eorũ orientẽ uerſus deferre epicyclum ſoleat. V. Audi alia hui⁹ hoĩs uerba. Et diciť tũc eſſe centrũ epicycli ĩ longitudine media ęquãtis qñ diameter epicycli ſtat ꝑpendiculariter ſuꝑ diametrũ mũdi tranſeuntẽ ꝑ centra eccẽtricorũ. Quid ibi dices. C. Recurro ad ea q̃ ſuꝑius de longitudĩe media eccentrici ſolis oñdiſti. V. Itidẽ facturũ te ſuſpicor circa minuta ꝓportionalia quę q̄dẽ deꝑhendi autumat ꝑ exceſſus lineaꝝ nõ ęquationũ argumẽti maximaꝝ quẽadmodũ Ptolemę⁹ ſolet. C. Recte putas. Quis enĩ nõ poti⁹ ptolemęi clariſſimi adhęreat ſnĩę q̃ʒ ineptiis hui⁹ uiri. V. Nũc ad mercuriũ qui hęc nr̃a colloquia ſuſcitauit deſcendem⁹ ex ordine ubi paulo poſtq̃ʒ mediũ ei⁹ motum

determinauit hęc ꝓfert uerba. Et cũ iſte tres lineę ęqualiter mo
ueant᷑ erũt ſemp ęquidiſtãtes: aut erũt oẽs una linea: aut duę ea
dem: & reliqua. Denotauit aũt duas lineas quarũ altera quidẽ
ex centro eccẽtrici p centrũ ſolis: altera uero ex centro ęquãtis
mercurii p centrũ epicycli eiꝰ ꝓtendit᷑: & tertiã ex centro mũdi
egredientẽ prędictiſq; duabꝰ ęquidiſtantẽ. C. Cur hũc locũ ne/
gligendũ censes. V. Quia nũq̃; dictę lineę ęqdiſtant ut ille aſſe/
rit pręterq̃; centro epicycli mercurii in altero duorũ nodorum
exiſtẽte: qđ bis in ſpacio anni ſolaris accidere ſolet: tũc enĩ ſolũ
duo circuli eccentrici ſolis & mercurii atq; idcirco prędictę li/
neę in una plana ſupficie collocant᷑: qđ ad ęquidiſtantiã linearũ
reqrit᷑: cẽtro autẽ epicycli alibi cõſtituto memoratę lineę cũ nõ
ſint ĩ eadẽ plana ſupficie: ęqdiſtare nõ poterũt: ſempq; alia ẽ li/
nea medii motꝰ ſolis: & alia mercurii: pręterq̃; dum linea medii
motus ſolis eſt cõis ſectio eclipticę & eccentrici mercurii: aut ĩ
ipſa eccẽtrici mercurii ſupficie repit᷑. C. Profũda ſpeculatio hęc
eſt adeo ut nemo rem hãc penitꝰ cõprehendere poſſit q̃ habitu
dines ſupficierũ inuicẽ ſectarũ ignorauerit. V. Inferiꝰ paulo hęc
ſua uerba colligunt᷑. Centrũ uero epicycli & aux eccentrici & q
libet pũctus eccẽtrici ſemp in ęqualibꝰ tpibꝰ ęquales angulos de
ſcribũt ſup centro ęquantis. C. Quid ibi. Nõne centrũ epicycli
in centro ęquantis regulã ſui motus habet. V. Ita res ſe habet.
C. Reliquis punctis eccentrici id quoq; accidere credit᷑ qđ ipſi
centro epicycli: ita ut ęqualiter circa centrum ęquantis moueat᷑
V. Reliquis eccentrici punctus id nõ obtingere geometria nr̃a
demõſtrabit. C. Auſcultabo libẽter. V. In linea. a. c. ſit centrum
ęquãtis. g. centrũ parui circuli. f. ſup quo ipſe circulus paruꝰ de/
ſcriptus. e. m. g. ponamꝰ nũc centrũ eccentrici deferẽtis epicyclũ
in ſũmitate parui circuli ſc; in pũcto. e. & ſup eo eccentricũ ipſũ
a. b. d. Iam oſtendet᷑ punctũ eccentrici. c. quod terminat diame/
trum eccentrici tranſeuntẽ p centrũ epicycli irregulariter ĩ cen
tro ęquantis moueri. C. Cur nã punctũ. c. & nõ aliud aſſũpſiſti.

V.Quo ꝓceſſus & breuior fiat & ĩtellectu facilior. nã de reliq̃s pũctis quãuis difficiliꝰ idẽ demõſtrare poterimus. C. Perge igiť ut cępiſti. V. Fiat deinceps ut centrũ eccentrici deferẽtis epicyclum lege motuſ ſui ꝑueniat ad punctũ.m.mediũ ſcꝫ ſemicirculi ꝑui occidentalis ita ut ducta ſemidiameter ꝑui circuli.f.m.ꝑpendicularis ſit ad lineã.a.c.factoq́ʒ in centro iterũ deſcribať eccentricꝰ.k.b.l.d.ex cẽtro deniq́ʒ ęquãtis.g.egrediať.g.k.rectos faciẽs angulos ad lineã.




a.c.occurrenſq́ʒ circũferentię eccẽtrici in pũcto.k.in quo oportebit repiri centrũ epicycli.Ita eſt.C.Nã centrũ eccentrici circa centrũ ꝑui circuli & centrũ epicycli circa centrũ ęquãtis ęqualiter in cõtrarias feruntꝰ ꝑtes ducať.itẽ ex pũcto.k.diametri eccẽtrici in pũcto.l.deſinens:& alia linea.l.g.ĩ eo. itaq́ʒ tꝑe quo centrũ epicycli ex.a.ad.k.traductũ eſt:pũctus ei diametraliter oppoſitꝰ ex.c.ad.l.ꝑuenit:atq́ʒ idcirco angulũ.c.g.l.ĩ centro ęquãtis deſcripſit.C.Nõ eo inficias. V.Procedat iterũ epicycli centrũ donec ad oppoſitũ augis ęquantis ꝓducať.& ideo centrũ eccentrici cum centro ęquãtis q̃d eſt.g.cõueniat. quo demũ fieri oportet ut pũctus eccentrici centro epicycli ꝑ diametrũ oppoſitus in ſuꝑiori ꝑte lineę.a.c.reperiať.C.Cõfiteor equidẽ.V. In ſecũdo igiť tꝑe centrũ epicycli circa centrũ ęquantis angulũ rectũ deſcripſit,ueluti ĩ primo:& ideo tꝑa ipſa ęqualia fuiſſe oportet.C.Nõ ẽ dubiũ.V.In ſecũdo etiã tꝑe punctꝰ ille alius deſcripſit angulũ.l.g.a.in centro ęquantis.Sic in duobꝰ tẽporibꝰ ęqualibus duos angulos.c.g.l. &.l.g.a. circa centrũ ęquantis deſcripſit.C.Quid ni.Sed eos duos angulos ineq̃les eſſe uelim oſtẽdas.V.Exemplo id efficiã. In triangulo enĩ.k.g.l.angulũ.k.g.f.particularẽ conſtituebamꝰ rectũ.quare.f.g.l. reliquus ꝑticularis

minor erit recto: niſi triangulo cuipiā recti linea tres angulos duob⁹rectis maiores dare uelis.C. Nequaq̄ȝ trigeſima ſecunda primi elementorū ꝓhibente. V. Sūt autē duo anguli.c.g.l.&.l.g.a.duob⁹rectis ęquales niſi tertiadecima primi mentiat̄.quam obrē angulus.c.g.l.maior recto habebit̄.C. Centrū id eſt.V. In tpib⁹igit̄ ęqualib⁹pūctus ille aliuſ centro epicycli diametraliter oppoſit⁹inęquales anguloſ in centro ęquātis deſcripſit.C.Ergo ꝑſpicuū eſt nō qd͛libet punctū eccentrici in tpib⁹ęqualib⁹ęqua/les ī centro ęquātis deſcribere angulos.V. Rem apprime mihi placiturā facies ſi litterā ſequentē leges. ego enī īterea parūper quieſcēs auſcultabo.C. Audi igit̄:Sed duo ſūt loca in quib⁹ma xime accedit centrū epicycli centro terrę.& ī aliis locis nō pōt tantū accedere. illa uero duo loca ſūt pūcta ꝓpe oppoſitū augis ęquantis termīnātia lineas contingentes paruū circulū ſup̄ quē mouet̄ centrū deferētis & tranſeūtes ꝑ centrū terrę.V.Illud no tandū eſt.Sed perge ut cępiſti.C.Quū igit̄ inquit centrū epicy/cli eſt ī auge ſtatim incipit ire uerſus orientē in ſuo deferēte & ſimiliter centrū deferētis incipit ire uerſus occidentē ī ſuo par/uo circulo.V. Hoc uerū eſt.C.Et qn̄ centrū epicycli eſt ī capite lineę contingētis qd͛ caput eſt ꝓpe oppoſitū augis ęquantis:tūc centrū deferentis eſt ī pūcto cōtactus parui circuli cū ipſa linea & tūc aux deferētis eſt ī maxima remotiōe ab auge ęquantis & tūc centrū epicycli ē in oppoſito augis deferētis.quare tunc eſt ī maiore appropinquatiōe ad terrā:quia tūc centrum deferētis deſcēdit plus ī ſuo paruo circulo & plus remouet̄ oppoſitū au/gis deferētis a centro terrę:qd͛ faciliter patet inſpicienti figurā & intelligēti motū.& quādiu erit centrū epicycli ī iſto arcu de/ferentis q̄ eſt inter duo pūcta uel capita lineaꝝ cōtingentiū quę capita ſūt ꝓpinqua oppoſito angis ęquātis ſemp̄ erit in oppoſi/to augis deferētis. & hoc ſequit̄ ex hoc ꝙ quantū currit epicy/clus ī una ꝑte tantū currit centrū deferētis ī alia.ergo ſemp̄ erūt in eadē linea tranſeunte ꝑ centrū terrę & ꝑ centrū deferētis: &


tñ nunq̄ȝ appropinquat centrũ epicycli centro terrę quantũ ap propinquat in capitib⁹ linearũ cōtingentiũ. V. Iã quieſce. Lōge meli⁹ erat theoricas haſce nūq̄ȝ edidiſſe q̄ȝ tot tantaſq̧ ineptias ꝓfudiſſe. C. Nūquid bene dicta ſūt oĩa. V. Nō ſūt. C. Vbi quęſo erratũ eſt. V. Centrũ epicycli medio quidē curſu ſuo diſtans ab auge ęquãtis p q̄ttuor ſigna cõia ꝓpinqui⁹ eſt cētro mũdi q̄ȝ dũ ab eadē auge ęquãtis diſtat p tria ſigna quēadmodũ ĩ breuiario Almaieſti demonſtratũ ē. C. Quid tũ poſtea. V. Tunc autē linea inter centrũ epicycli & centrũ mũdi cōprehenſa hȝ ptes quinq̄/gintaquinq̧ q̄les ſexaginta ſūt in ſemidiametro eccentrici deferentis & inſup minuta triginta tria uni⁹ ptis. C. Quib⁹ obſecro rationib⁹ illud cōcludis. V. Scĩa triangulorũ planorũ hęc oĩa nobis manifeſtat. C. Centrũ aūt epicycli lineã cōtingentē poſſidēs quot ptib⁹ p̄dictis a cētro mũdi remouet̃. V. Partib⁹ quĩquagintaſex & minutis uiginti duob⁹ fere. C. Quō igit̃ in maxima ut ille aſſerit uicinitate ad centrũ mũdi exiſtet: ſi quidē in alio cō memorato ſitu ꝓpinqui⁹ eidē reperit̃. V. Suã uir ille bon⁹ operã luſit. C. Eſt ne aliud nigra dignũ litura. V. Eſt. Ait enĩ centrũ eccentrici deferētis eſſe in pũcto cōtactus dũ centrũ epicycli ĩ ipſa cōtingente linea exiſtit. C. Quo pacto id erratũ eſſe demōſtra/bis. V. Ad impoſſibile redigendo aſſertorem. Qđ ut intellectu parati⁹ habeat̃ figuratiōe lineari agendũ ē. Sit itaq̧ in linea. a. c. pũctus. f. centrũ pui circuli. c. h. g. pũctus aūt. g. centrũ ęquãtis & n. centrũ mũdi. augē deniq̧ ęquãtis. a. nota repręſentet. &. c. oppoſitũ augis ei⁹. ductaq̧ linea. k. h. p centrũ mũdi cōtingēte paruũ circulũ in pũcto. h. intelligat̃ centrũ quidē epicycli in pũcto k. lineę cōtingētis: cētrũ aūt eccētrici delatoris ĩ pũcto. h. quēadmodũ iſte ſtatuit: ꝓducant̃ deinceps duę lineę. g. k. quidē ex cētro ęquãtis ad cētrũ epicycli. f. h. aūt ſemidiameter parui circuli ad. h. centrũ eccētrici. Quũ igit̃ motus duorũ centrorũ epicycli ſcȝ & eccētrici ſint ęque ueloces: hic quidē in centro pui circuli ille aūt ĩ cētro ęquãtis: inceperitq̧ ab eodē termino: auge uide/licet ęquãtis: neceſſe eſt duos angulos. a. g. k. &. a. f. h. eē ęquales

C.Nemini dubium. V. Atq; idcirco duos angulos.k.g.n.&.g.f.h.reliquoſ de binis rectiſ ęquari oportebit.Illud memorię mãdes uelim.C.Fiat.V. Ex octaua aũt tertii elementorũ linea.n. h.longior ē ipſa linea.n.g.cui lineę.n. g.quũ ſit ęq̃lis ſemidiameter ꝑui circu li:id enī Ptolemęꝰ oſtēdit libro nono capitulo nono:erit & linea.n.h. lon/ gior ipſa. f.h. quare & ꝑ decimãnonã primi elementoꝝ angulꝰ.n.f.h.maior erit angulo.f.n.h. & ideo ꝑ quintãde cimã eiuſdē ītercedēte cōi ſcĩa maior erit angulo.k.n.c. ꝗ cũ ſit extrinſecus ad triangulũ.k.g.n. erit ꝑ ſextamdeci mã primi maior ãgulo.k.g.n. unde & ꝑ cōem ſcĩam angulꝰ.g.f.h. maior erit angulo.k.g.n.quos antea concluſimꝰ




ęq̃les.C. Cõclamatũ ē.iã enī ad īpoſſibile redegiſti aſſertorē: cũ nulla quãtitas alteri ęq̃lis eſſe poſſit & inęq̃lis.Sʒ hoc unũ rogo Ioãnes optime: ubi nã erit centrũ eccētrici deferētis qñ centrũ epicycli ī linea cōtingēte.k.h.cōſtituet̃.V. Habuimꝰ angulũ.g. f.h.maiorē angulo.k.g.n. ex eo igit̃ abſumat̃ angulꝰ.g.f.l.ęqua/ lis ipſi.k.g.n. ducta ſemidiametro ꝑui circuli.f.l.ī cuiꝰ termino l.centrũ deferentis reperiri oportebit.ſic enī duo anguli.a.g.k. &.a.f.l.reliqui de binis rectis ęquales īuicē exiſtēt quẽadmodũ ſimilitudo motuũ exigit. C. Igit̃ ex cētro mũdi.n.educta linea ꝑ punctũ.l.ad ꝑtē ſuꝑiorē: in ea aux eccētrici neceſſario repiet̃. V.Verũ eſt.C.Quãobrem aux eccentrici deferentis non eſt in maxima remotiōe ab auge ęquãtis centro epicycli in pũcto.k. lineę cōtingētis exiſtēte.terminus enī maxime remotionis eſt in linea contingente paruũ circulũ.V.Recte ſubinfers cōtrariũ


eius qđ ille ĩ theoricis ſuis affirmat. C. Idcirco inſup centrũ epi cycli nõ erit ĩ oppoſito augis deferẽtis. nõ eni ẽ ĩ linea. n. l. quã/ tũlibet continuata. V. Illud quoqꝫ ſniam eiuſdẽ deſtruit aptiſſi/ me: dixit nãqꝫ centrũ epicycli dum ĩ capite lineę cõtingentis eſſet ĩ oppo/ ſito quoqꝫ augis eccẽtrici exiſtere. C. Qđ ſi centrũ eccentrici deferẽtis ĩ pũ cto cõtact⁹ poſitũ fuerit ubi queſo cẽ/ trũ epicycli repieť. V. In linea recta q̃ a cẽtro eccẽtrici p centrũ ęquãtis edu ceť. centrũ quoqꝫ epicycli erit. cui⁹ rei ueritatẽ figuratio declarabit. diſpoſi/ ta eni ut prius linea. a. c. cũ puo circu/ lo & linea cõtingente eũ in pũcto. h. ducať ſemidiameter ipſi⁹ pui circuli. f. h. & chorda. g. h. ponaťqꝫ angul⁹. a. g. k ęq̃lis angulo. a. f. h. pducta linea. g. k. indefinite longitudĩs. quo demũ fie/ ri oportet. ut cẽtro eccẽtrici exiſtẽte ĩ pũcto. h. cõtingẽtię. cẽtrũ epicycli ſit ĩ linea. g. k. Quũ aũt linea. n. h. contin gat circulũ paruũ. erit p decimãſeptimã tertii angul⁹. f. h. n. rect⁹ deſcriptoqꝫ circulo p imaginationẽ ſup. g. cẽtro ſm quãtitatẽ li neę. g. n. circũferẽtia ei⁹ibit p pũctũ quidẽ. f. ppter ęq̃litatẽ duaꝝ linearũ. g. n. &. g. f. p pũctũ aũt. h. ex cõuerſa trigeſimę tertii: an/ gulo. h. recto exiſtente. quãobrẽ & linea. g. h. erit ſemidiameter eiuſdẽ circuli ęq̃lis ſemidiametro. g. f. q̃ etiã ęq̃lis ẽ ipſi. f. h. trian gulus ergo. f. g. h. erit ęqlaterus & iõ angul⁹. f. g. h. ęq̃lis erit an/ gulo. g. f. h. ſꝫ angul⁹. g. f. h. cũ angulo. a. f. h. ſil' ęq̃les ſũt duob⁹ re/ ctis p tertiãdecimã pmi. q̃re & p cõem ſciam duo anguli. f. g. h. ĩ &. a. g. k. ualebũt duos rectos: atqꝫ idcirco q̃rtadecima primi ra/ tiocinãte duę lineę. h. g. &. g. k. ſibi directe cõiũgunť. & ſũt una linea. C. Quã pulchre certiorẽ me reddidiſti de eo qđ querebã



unde iterũ ſniam hui⁹ hoīs confutarē poterim⁹. Sed reliq̃ lectę litterę ſalua ne ſũt oĩa. V. Immo īepta ſũt & friuola. Quãdiu enī inquit centrũ epicycli erit in iſto arcu deferẽtis q eſt inter duo pũcta uel capita lineaꝝ cõtingentiũ q̃ capita ſũt ꝓpinq̃ oppoſito augis ęquã tis:ſp erit ī oppoſito augis deferentis & reliq̃. C. Vellẽ audire qua nã rõne illud deſtrueres. V. Reſume igiť lineã a.c.cũ puo circulo & duab⁹ lineis rect[eũ cõtingentib⁹ inter q̃s intelligať cẽ trũ epicycli ī pte oppoſiti augis ęquã tis:uerbi grã in pũcto.k.ducatq͡ʒ linea recta p ipſũ.k.pũctũ & centrũ mũdi ſe cans circũferẽtiã pui circuli ī pũcto.l. Si igiť ut ille autumat centrũ epicycli ẽ ī oppoſito augis eccẽtrici: neceſſe ẽ cẽtrũ quoq͡ʒ eccẽtrici deferẽtis ī linea k.l.repiri.C.Nemo īficias ibit.neceſ ſe enī ẽ ſemp hęc q̃ttuor pũcta:augem eccentrici centrũq͡ʒ ei⁹ & centrũ mũdi atq͡ʒ oppoſitũ augis in una cõtineri li nea recta. V. Centrũ aũt eccẽtrici circũferentiã pui circuli nũq͡ʒ deſerit,quãobrẽ centrũ eccẽtrici deferentis ī pũcto.l.neceſſario cõſtitueť.C.Quid tũ poſtea?certa ſũt enī quęcũq͡ʒ aſſumiſ. V. Au dies cõtinuo ſi pri⁹ centrũ ęquãtis cũ centro epicycli p lineã.g. k.copulaueris.C.Factũ.V. Iã ſyllogiſmũ paulo ſupius factũ reſu mens cõcludo lineã.n.l.longiorẽ eſſe ſemidiametro pui circuli f.l.atq͡ʒ idcirco angulũ.l..n. angulo.f.n.l.maiorẽ q angul⁹.f.n.l. quũ ſit ęqualis.k.n.c.angulo cõtrapoſito. & ille q̃dẽ extrinſec⁹ ad triangulũ.g.k.n.angulo intrinſeco.k.g.n.maior pbibeť: erit ob eã rẽ cõi ſcia intercedẽte angulus.l.f.n.maior ipſo angulo.k g.n.ac demũ angul⁹.a.g.k.ſoci⁹ anguli.k.g.n.maior eẽ cõuinceť



angulo.a.f.l. Nā ſi a quātitatib'ęqualib'inęquales abſtuleris: reſiduū maioris ablatę min'erit reſiduo minoris. C. Certū id accipio. V. Non igit ęque uelociter mouebant centrū quidē epicycli reſpectu cētri ęquātis. centrū autē deferētis reſpectu centri pui circuli: qd eſt incōueniēs & cōtra unanimē omniū aſtronomorū ſnīam. C. Pulchre admodū ineptias hui' hominis detexiſti. quę tantę tāq crebrę pręſertim in Mercurio fuere ut reliquas oēs aſſertiūculas ſuas cōtaminare uideant: multo aūt iuſti' cōmētatores oēs deſpiciēdos cenſeo: q me atq alios plurimos iā diu ſuis nebulis ac delira mētis inique remorati ſūt. Sed qd reſponderes obſecro rationi quā ex ęqlitate motuū cētri epicycli ac cētri deferētis elicere conatur. V. Quid



nā aliud dicerē niſi ꝙ hęc ſua argumētatio nullā formā hn̄s neq locū ſicut de centro mūdi nihil aſſumit ita quicq̃ de ipſo cōcludere nequiet. Nā haud alit inferre liceret centrū epicycli & cētrū deferētis eē ſp in una linea recta cū quolibet alio pūcto lineę.a.c. C. Aliud ne tenes de hac re ꝓferendū: V. Iā id ſatis eſt. C. Ergo ad locū ordo me ducet q ĩitio cōfabulatiōis nr̄ę animū pulſauit meū. V. Quę res ē: C. ęq̄tiones inquit argumētoꝝ q̄ ſcribunt ĩ tabulis ſūt ęq̄tiones ac ſi ſp fuiſſet centrū epicycli ĩ interſectiōe circuli ęquātis cū deferēte: & paulo inferi'. Quare oportet: inqt ꝙ tria paria ſint minutorū ꝓportionaliū ſcʒ minuta ꝓportionalia ad longitudinē longiorē. & ſūt exceſſ' lineę exeūtis a cētro terrę ad centrū epicycli ipſo exiſtēte ĩ auge deferētis ad lineā exeuntē ab eodē cētro terrę ad ĩterſectionē circuloꝝ: exceſſus dico diuiſus ĩ.60.ptes. Quid de his uerbis tibi uiſū ē: V.

ęquatiões argumẽtoꝝ i tabulis ſcriptę nõ ſũt ad huiuſmodi in/
terſectionẽ circuloꝝ cõputatę queadmodũ ipe dicit: uerũ poti⁹
ſm mentẽ Ptolemęi ad eũ ſitũ cẽtri epicycli ubi diſtãtia ei⁹a cẽ/
tro mũdi ęq̃lis ẽ ſemidiametro deferẽtis: quã ipſe in ſexaginta
ęquas ptes more ſuo diuiſit. Nã ſi recte numeraueris ęq̃tio ar/
gumẽti maxĩa quę accidit cẽtro epicycli exiſtẽte i pdicta inter
ſectione uigintiunũ grad⁹ & uigintiq̃nq͛ minuta nõ excedit. ea
aũt quã hñt tabulę uigintiduos grad⁹ & duo minuta cõplectit̃.
Dũ enĩ centrũ epicycli ab auge ęquãtis medio curſu ſuo diſtat p
grad⁹. 58. & minuta uiginti fere. ipſũ cõſtituit̃ ĩ interſectiõe cir/
culorũ deferẽtis & ęquãtis. Tũc aũt diſtãtia ei⁹a centro mũdi hꝫ
ptes. 61. quales ſexaginta ſũt ĩ ſemidiametro deferẽtis & inſup
minuta. 37. uni⁹ ptis. Hęc oĩa quiſq͛ ſcientia triangulorũ plano/
rũ hñs facile confitebit̃. C. De minutis aũt pportionalib⁹ quid?
V. Dupliciter peccat. ptim quidẽ ꝙ ipſa minuta pportionalia p
exceſſus linearũ ueluti ĩ aliis planetis: nõ ęquationũ argumẽti
maximaꝝ ſiue relatiuarũ cõſiderat: ptim uero ꝙ ſitũ epicycli in
interſectiõe ſupra mẽorata ĩ hiſce minutis pportionalib⁹ extra
hendis obſeruat: cũ in eo ſitu poti⁹ ſtatuend⁹ ſit epicyclus ubi a
centro mũdi ſexaginta memorat[ptib⁹ remouet̃: & ad ęquatio
nes argumẽtorũ ibi cõtingentes referẽdę ſint binę ęquationes
quę ĩ maxima & minima centri epicycli a centro mũdi diſtãtiis
accidere ſolẽt. Sed hęc ĩ breuiario noſtro abundi⁹ explanata ſũt
Quo aũt pacto triplicia minuta pportionalia Mercuriũ habere
intelligendũ ſit Georgi⁹ meus Purbachi⁹ in theoricis ſuis lucu
lentiſſime docuit. Sed ſatis iã circa Mercuriũ luſiſſe uidemur.
Nũc ulteri⁹ pcedẽdũ cenſeo. C. Sane illud pręterire nõ libet qđ
paulo inferi⁹ ſentire uidet̃ tres lineas ęqdiſtare: quarũ una qdẽ
ex cẽtro eccẽtrici ſolis p centrũ ſolis: alia uero a centro ęquãtis
Veneris p cẽtrũ epicycli ſui incedit: tertia autẽ quã uocãt lineã
medii mot⁹. Illud enĩ nõ niſi bis ĩ anno ſolari accidere ex his q̃
ad mercuriũ ſupius diſſeruiſti cõcludit̃. V. Recte qdẽ. Ad ſequẽ
tia demũ legenda animũ adhibe. C. Plana uident̃ oĩa. V. An il/

lud ſilentio prętereūdū arbitraris! ubi minuta caſus inquit di/
cunť minuta cęli quę ꝑtrāſit luna a prīcipio uſq; ad mediū ecly/
pſis: ſi nō obſcurať tota & reliq̄. C. Hāc tu diffinitionē aſpnabe/
re! Nūquid ꝓ ſuo quiſq; arbitratu rē diffinire pōt! V. Primis q/
dem artiū traditorib⁹ id facere licet: cōmētatorib⁹ autē ſiue ſeq̄/
cibus minime: q̄nimo auctori primario & diffinitiōes ſuas cō/
formare debēt & ſn̄ias. C. Ptolemęū fortaſſe imitari debuit. V.
Nō modo Ptolemęū uerū etiā alios q minuta caſus diffiniūt ea
quę ꝑtrāſit luna a prīcipio uſq; ad mediū eclypſis ſuꝑando Solē
ī eclypſi quidē ꝑticulari: ī eclypſi autē uľi ab initio eclypſis uſq;
ad principiū totalis obſcuratiōis: ita ꝙ minuta caſus intelligāť
eſſe exceſſus ille quo mot⁹ lunę uer⁹ in tp̄e huiuſmōi ſuꝑat mo
tū ſolis uerū: non ipſe mot⁹ lunę ſimpliciť. Hęc diffinitio rn̄det
menti Ptolemęi ī ſexto libro capitulo ſeptīo magnę cōpoſitio
nis ſuę. Sed & in oīb⁹ tabulis talia ſcribunť minuta caſus. Quā/
obrē ad habēdū tēpus expoſitores tabulaꝝ monēt ipſa minuta
caſ⁹ diuidi ꝑ ſuꝑationē lunę uerā ī una hora: aut eiſdē addi duo
decimā ſui ꝑtē & collectū diuidi ꝑ motū lunę uerū ī hora. quoꝝ
neutrū bn̄ ꝑciperetť ſi minuta caſus iuxta hui⁹ uiri ſn̄iam diffine
renť. C. Satis mihi ꝑſuaſū ē. neq; aliter ſentiēdū eſſe arbitror de
minutis dimidię morę q̄n ꝑ ſuperationē nō ꝑ motū lunę inte/
grū diffiniēda ſint: atq; idcirco ſequentē litterā cenſeo negligē
dam ubi & ꝓpter hoc īquit ſi iſta minuta diuidāť ꝑ motū lunę
ęqualē ī una hora ueniet tēpus ī quo luna pertrāſit iſta minuta
V. Recte putaſ. Nā & ſi ꝑ diuiſionē huiuſmōi exeat tēpus ī quo
luna ꝑcurrit ipſa minuta nō tn̄ illud eſt tēpus caſus aut dimidię
morę. ſ; oportebit minuta huiuſmodi diuidi ꝑ ſuꝑationē lunę
in hora queādmodū ſupra monuim⁹. Iā ꝓficiſcamur ocius hora
monet: atq; res illas leues miſſas faciam⁹. C. Vis ad latitudines
planetaꝝ tranſeā! V. Perplacet. hoc legas primū. C. Et ſi inquit
accipim⁹ declinationē grad⁹ orbis ſignorū ī quo ē luna & ī eadē
hora accipimus latitudinē lunę ab orbe ſignoꝝ ſc; a uia ſolis &
ſi fuerit ambę declinatio ſc; & latitudo ſeptētrionales. uľ ambę


meridionales iungẽm⁹ utraq;: & eueniet declinatio lunę ab ęq noctiali. & ſi fuerint diuerſę: ſubtrahem⁹ minorẽ de maiori. Siſi ter ĩ aliis planetis ĩuenit̃ declinatio. V. Quis obſecro hęc feret ęquo aĩo! cũ latitudo quidẽ ſit arcus circuli magni tranſeũtis ꝑ dolos eclipticę: cẽtro aſtri atq; ipſa ecliptica intercept⁹. declinatio aũt ĩ circulo magno ꝑ polos ęqnoctialis & centrũ ſtellę incedente cõſiderat̃: ẽ enĩ arc⁹ mẽorati circuli cẽtro ſtellę & ipſo ęq/noctiali intercept⁹. Hi aũt duo circuli ſemꝑ ſũt diuerſi: pręterq̃ʒ aſtro ĩ capite cãcri aut capricorni exiſtẽte. tũc nãq; cõueniũt di/cti circuli doctrinaq; hui⁹ uiri locũ hʒ. aliubi aũt ſi poſueris ſtel/lã declinatio ueri loci ei⁹ cũ ipſa ſtellę latitudĩe ſi quã habeat ſꝑ cõcurret ad angulũ. quãobrẽ ex cõgerie declinatiõis & latitu/dinis p̃dictaꝝ nõ cõſtabit̃ arcus un⁹ cõtinu⁹. unde quoq; alterũ ex altero demi ut declinatio ſtellę relinq̃t̃ friuole q̊ſpiã putabit Quę oĩa ſi op⁹ eẽt figuratiõe ſua apti⁹ declarari poſſet. C. Omit/te figurationẽ. ꝑſpicua enĩ tua ẽ argumẽtatio. Ad reliq̃ hui⁹ capi tuli te trãſſerto. Sʒ hoc unũ ſępe admiror tabulas biꝑtialis & q̃/driptialis nũeri ita abolitas eſſe. in qb⁹ tñ bon⁹ ille uir oẽm hui⁹ capituli conſumit ſermonẽ. V. Nõ temere tabulas illas aſpnant̃ docti aſtronomi: q̃nquidẽ a ueritate plurimũ. abſũt qꝺ plane cõ ſtabit ſi latitudines illinc elicitas cõferem⁹ ad eas quę ꝑ tabulas Ptolemęi numerant̃. Sed redeam⁹ ad litterã. Inter cętera de ta/bulis latitudinũ ait iſte. & latitudo quę ſcribit̃ ĩ tabulis binarii ẽ diſtãtia ꝑtiũ circũferẽtię epicycli a circũferẽtia eccẽtrici: diſtã/tia dico cõputata uerſus uiã ſolis. C. Quid ibi notãdũ cẽſes! V. Si ita eẽt oporteret cẽtrũ planetę nũq̃ʒ repiri ĩ ſupficie eccẽtrici nã apud oẽ argumentũ ęquatũ ĩ tabula bipartialis numeri aliq̃s ponit̃ numer⁹ qui: ut ipſe ſentit: diſtantia planetę ab eccentrico denotat. C. Hoc nimirũ ſequeret̃. V. Alia demũ audi uerba ei⁹ Inclinat̃ aũt epicycl⁹ ab eccentrico: ita ꝙ ſemꝑ erit planeta inter eclipticã & cẽtrũ epicycli niſi cũ cẽtrũ epicycli ſit ĩ capite uł cau da draconis. tũc enĩ epicycl⁹ ẽ direct⁹ in eccẽtrico. Quid tibi ui/det̃! C. Quũ cẽtrũ epicycli ſꝑ ſit in ſupficie eccẽtrici ſeq̃t̃ planetã

ſemp̱ eſſe inter duas planicies eclipticę & eccẽtrici. V. Illud aũt abſentaneũ ẽ. Nã in trib⁹ ſup̱iorib⁹ ſup̱ficies epicycli ſemp̱ ſecat ſup̱ficiẽ planã eccẽtrici ita ꝙ pars ei⁹ ſup̱ior qdẽ augẽ epicycli cõtinens inter eccẽtrici & eclipticę duas ſup̱ficies cõpręhẽdit. reliqua uero p̱s ſup̱ficiei epicycli plus ab ecliptica remouet̃ q̃ʒ ip̱a eccẽtrici ſup̱ficies. Vnde planetã quoq; ĩ hac inferiori p̱te epicycli exiſtentẽ plus ab ecliptica q̃ʒ ip̱ſũ eccẽtricũ remoueri: atq; idcirco nõ inter eclipticã & ſup̱ficiẽ eccẽtrici rep̱iri neceſſe eſt. Illud deniq; falſo affirmat̃ centro epicycli ĩ capite uel cauda draconis exiſtẽte ſuperficiẽ ei⁹ directe in ſup̱ficie eccentrici iacere. Sic enĩ centro epicycli ĩ altero nodorũ cõſtituto planeta extra augẽ uerã epicycli ſui uel oppoſitũ augis exiſtens ſemp̱ latitudinem ab ecliptica ſortiret̃. qđ p̱fecto falſum eſt. Nam teſte Ptolemęo dũ epicyclus in altero nodoꝝ exiſtit nulla planetę accidit latitudo ubicunq; etiã in epicyclo fuerit. quãobrẽ totã epicycli ſup̱ficiẽ ĩ plano eclipticę: nõ eccẽtrici: iacere neceſſe ẽ cẽtro epicycli ĩ altero nodorũ exiſtẽte. Sed qd tantop̱e deliramẽta hui⁹ hoĩs tractamus. C. Sequentia igit̃ ei⁹ placita uideamus. Et qñ inquit planeta eſt in auge epicycli tũc maxime declinat a uia ſolis. quare tunc maxima latitudo reperit̃ in tabula. V. Nugę. Nã maior eſt latitudo cuiuſlibet triũ ſup̱iorũ dũ in oppoſito augis epicycli exiſtit q̃ʒ in ip̱ſa auge. Idem quoq; Veneri & mercurio ſemp̱ accidit pręterq̃ʒ centro epicycli ĩ uentre draconis exiſtẽte. ibi enĩ aux epicycli & oppoſitũ eius ęquales planetę tribuũt latitupines Ptolemęo hęc oĩa explanãte. C. Quõ igit̃ in principio tabulę binarii maior reperit̃ numerus q̃ʒ ĩ fine: quaſi maior accidat planetę latitudo ĩ auge epicycli cõſtituto q̃ʒ in ei⁹ oppoſito. principiũ enĩ tabulę augi: finis autẽ oppoſito augis reſpondere perhibet̃. V. Numeri qui ĩ hac tabula ſcribunt̃ o amice nõ ſunt uerarũ latitudinũ queadmodũ & ille paulo inferius aſſeuerabit. ſed officiũ huiuſcemodi numeroꝝ ſm mentẽ Azarchelis eſt diuidere alios & latitudinẽ ip̱ſam elicere. Si autem diuiſeris eundẽ numerũ p̱ duos inęquales: maior quidem minorẽ elicit

numerū quotiens: minor autē maiorē. qꝺ ex uigeſima ſeptimi elementorū facile cōuincit. Sic maior numerus in capite tabulę bipartialis numeri oblatus minorē reddet latitudinē q̄ȝ minor in fine eiuſdē. C. Certiorē me reddidiſti nihil in hoc capitulo latitudinū aliud q̄ȝ ineptias apparere & quidē intollerabiles. Verūtamen ſi iubes: ſequentē eius litteram ꝓnunciabo. V. Perge ut lubet. C. Et latitudo quę ſcribit in tabulis quaternarii diſtantia circūferentię eccentrici a uia ſolis quę diſtantia ē paruula cū eſt ꝓpe nodos: & maxima cū in remotis locis a nodo ꝑ tria ſigna. V. Nō obtundas amplius. Nā in fine huiuſce tabulę quadripartialis numeri. Saturnus habet gradus quinq̧. & ideo uenter draconis eius diſtans a nodo ꝑ quadrantē circuli. qnq̧ gradibus ab ecliptica remouebit. Quāobrem Saturnus in oppoſito augis epicycli exiſtens epicyclo uentrē draconis poſſidente habebit latitudinē maiorē quinq̧ gradibus. qꝺ eſt falſū. maxima enī eius latitudo gradus tres & minuta quattuor non excedit. C. Ergo numeri qui ſcribunt in tabulis nō ſunt uerarū latitudinū: ſi quidē non oſtendūt diſtantiā partiū circūferentię eccentrici ab ecliptica: neq̧ diſtantiā partiū circūferentię epicycli ab ipſa ſuꝑficie eccentrici. V. Recte cōcludis. Ipſe etiā theoricarū ſcriptor paulo inferius Compoſitor autē inquit tabularū ad oſtenſionē ſui magiſterii noluit ponere ueros numeros prędictarū latitudinū in quibus unus ſubtrahit ab altero ſemꝑ. & reliqua. Vbi cōfitet apte numeros uerarū latitudinū in tabulis cōmemoratis nō eſſe deſcriptos. C. Homo ille uidet extollere ingeniū compoſitoris tabularū: quaſi opus egregium ad latitudines planetarū cōputaudas ediderit. Quid igit obſtat cur recentiores ſideralis ſcię ſtudioſi ipſis nō utunt? V. Quid obſtat queris? Auctoritas Ptolemęi noſtri ueraciſſimi: qui ī libro ſuo ultimo maximā Saturno nomerauit latitudinē triū gręduū & quattuor minutorū. per tabulas autem memoratas maximam Saturni latitudinē oportet eſſe graduū quattuor & minutorū decemſeptem fere. Ioui deniq̧ Ptolemęus tribuit latitudinem

maximā graduū duorū & minutoꝝ octo. q ſm has tabulas lati/
tudinē accipiet maximā graduū triū & q̄draginta uni⁹ minutoꝝ
Mars demū tabulas dictas nō iiuria aſpernabit᷑: qppe q Ptole/
męo affirmante maximā latitudinē borealē qdē habet graduū
q̄ttuor & minutoꝝ uigītiuni⁹. auſtralē uero graduū ſeptē & mi/
nutorū triginta. Ex hiſce aūt tabulis ęqualē hic atq; illic ab ecli
ptica remotione ſuſcipiet. Sʒ neq; Ven⁹ & Mercuri⁹ calūniā ſuā
reticebūt. Nā dū centrū epicycli eſt ī auge eccētrici & Ven⁹ ipſa
ī oppoſito augis epicycli prędictę tabulę latitudinē maiorē tre
decim gradib⁹ exhibēt! quę tñ iuxta mentem Ptolemęi nō erit
pluriū q̄ʒ decē minutorū. Mercurius uero in ſili circulorū ſuorū
ſitu p tabulas quidē ſępe dictas habebit latitudinē maiorē no/
uem gradib⁹. In ueritate autē quadragintaquinq; dūtaxat mi/
nutis a uia ſolis recedet. Hęc inquā ponēdo duos nodos ęqua
liter a uentre dracōis diſtare quēadmodū oēs opinant᷑ aſtrono/
mi. Sic moroſus ille tabularū cōpoſitor Ptolemęū neglexit ue/
raciſſimū quē Albategnius pater omniū q numeros tractant ta
bulares imitari ſtuduit. Dū igit᷑ ab auctorib⁹ recedēs bonus iſte
uir nouā cōputandi quęrit facilitatē plurimas effūdit ineptias
& quidē abſurdiſſimas. Sed qd iterū in hęc deliramenta incidi
mus quę iā dudū miſſa facere decretū ē: ad lrām denuo redeun
dum cenſeo. C. Quid uis legā. V. Quod ſequit᷑. C. Cū uero cen
trū epicycli ē in nodis nullę ſunt latitudines: tūc enī direct⁹ eſt
epicyclus in eccentrico & centrū epicycli in uia ſolis. V. Iā du/
dum illud uerbū floccifecimus. nō enī tūc epicyclus ī eccentri/
ci ſupficie iacere ſolet: ſʒ ī plano eclipticę teſtimonio Ptolemęi
cōſtituit᷑. Verū ſi nōdū quieſcis: oſtendā bonū hūc uirū ſibiipſi
haud quaq̄ʒ cōſtare. Nā centro epicycli in nodis exiſtēte dicit
nullas eſſe latitudīes: cauſā ſubiūgens ꝙ epicycl⁹ tūc ſit directus
in eccenrrico. Qđ ſi ita eſt ſequit᷑ oē epicycli punctū extra ecli/
pticā repiri pręterq̄ʒ ea quę ſunt in cōi ſectione epicycli & ecli
pticę: ſicuti nullū eccentrici punctū ī ecliptica ē pręter ea quę ī
cōi ſectiōe eccētrici & eclipticę iacēt. Quāobrē centro epicycli

in altero nodorũ exiſtẽte planeta nõ priuabit̃ latitudĩe niſi ĩ auge epicycli aut ei⁹ oppoſito fuerit. Hęc enĩ duo loca ſũt ĩ prędicta cõi ſectione. Sed uideam⁹ quid dicat de motu capitis & caudę draconis. C. Caput autẽ inquit & cauda triũ ſuperiorũ ĩmobilia ſunt niſi ad motũ octauę ſphęrę. Caput aũt & cauda Veneris & Mercurii mouent̃ tali ꝓportiõe ꝙ uer⁹ loc⁹ capitis utriuſq; diſtat ab eis ſemꝑ tantũ quantũ & uer⁹ locus capitis ſcriptus in tabularũ canone diſtat a loco ꝗ ſit ex medio motu ſolis & argumento iſtorũ ęquato. V. Fabulę. Caput enĩ & cauda Veneris & Mercurii in ueritate nõ mouent̃ aliter q̃ȝ capita & caudę triũ ſuꝑiorũ. Ita oẽs ſentiũt. compoſitor quoq; ſępe dictarũ tabularũ idẽ putaſſe uidet̃ q̃nquidẽ in canone ſuo loca capitũ uera ꝓ Venere & Mercurio cõſcribit tanq̃ȝ ĩmobilia. Secundũ nugas aũt hui⁹ boni uiri caput Veneris tantũ ferme contra ſucceſſionẽ ſignorũ quantũ ſtella ipſa in epicyclo reſpectu augis ei⁹ uerę mouebit̃ dempta tñ inde aut addita nõnũq̃ȝ ipſa ęquatione argumẽti. Qđ q̃ȝ alienũ a ueritate exiſtat neminẽ ignorare arbitror. Idẽ deniq; Mercurio accidere oportebit. Quõ autẽ illud ſequi oporteat ĩ figura declarabit̃. Circul⁹. a. b. c. zodiacũ reprę ſentet: ubi. a. ſit principiũ arietis. b. loc⁹ capitis Veneris. intelligat̃q; linea medi⁹ motus ſolis ad ipſũ. b. pũctũ terminari dũ Venus ipſa ĩ auge epicycli uera exiſtit: qđ qdẽ poſſibile ẽ: cũ illi duo motus nõ habeãt ęq̃les reſtitutiões. Si itaq; colligim⁹ mediũ motũ ſolis ꝗ eſt arc⁹. a. b. cũ argumẽto ęq̃to ueneris: ut formã canõis ſeq̃mur licet nullũ ſit ĩ hoc caſu tale argumentũ: nõ reſultabit niſi arc⁹. a. b. ex quo ſi detraxerim⁹ uerũ motũ capitis: nihil reſtabit quãobrẽ ſtella erit in nodo capitis ſcȝ pũcto. b Deinde tranſacto aliquãto tꝑe ꝑueniat linea medii motus ſolis ad punctũ. c. augẽ uidelicet eccẽtrici



ut facilior ſit pceſſus: ſitq; arcus.c.d.ſilis argumēto ęquato Ve/
neris. Si igit̃ ex toto arcu.a.c.d.q conſtat ex medio ſolis motu
& argumēto Veneris ęquato ſubtraxerim⁹ arcū.a.b.capitꝭ:relin
quet̃ arcus.b.d.ęqualis diſtantię capitis ab ipſa ſtella iuxta men
tem hui⁹ uiri: ponat̃ itaq; ſtella ſm uerū ei⁹ motū ī pūcto.f.ita ut
arcus.c.f.ſit ſilis ęquationi argumēti: quę quidē ęquatio argu/
menti neceſſario ſemp minor ē ipſo argumēto ęquato. ſitq; ar/
cus.b.e.ęqualis arcui.d.f. atq; idcirco p cōem animi conceptio
nē arcus.f.b.e. ęqualis arcui.b.f.d. oportebit igit̃ caput draco/
nis nūc eſſe in pūcto.e.qđ prius erat ī.b.pūcto. Caput ergo dra
conis Veneris motū eſt cōtra ſignorū ordinē p arcū.b.e.differē
tiam ſcʒ argumēti ęquati & ęquatiōis eiuſdē argumēti. illud q/
dem in q̃rta pte anni ſolaris qđ eſt incōueniens maximū. Sʒ ne
totū teramus diē in iſtis ſomniis anilib⁹: ad ſequēs capitulū p/
pere tranſeam⁹.C. Ita faciūdū cenſeo. Vidiſtis obſecro aliq̃s ad
Arim cōpoſitas tabulas.V. Nullas unq̃ʒ uidi.ſint ne aūt an nō
incertus ſū.C.Mirandū tot fuiſſe cōpoſitores tabulaꝝ ut aſſerit
ille ad Arim & nuſq̃ʒ earū offendi exempla.V. Scio ego Ptole
męū quidē ſuas inſtituiſſe tabulas ad Alexandriā:quę nō ē ſub
ęquinoctiali ſita neq; media inter orientē & occidentē. Alba/
tegniū autē ad aratā ciuitatē:quēadmodū ex capitulo primi li/
bri ei⁹ trahit̃.Sed neq; Arata ipſa in medio mundi conſiſtit: cū
ſit orientalior Alexandria decem gradibus latitudinemq; ha/
beat ab ęquinoctiali graduū trigintaſex.C.Si placet audiamus
opinionē hui⁹ hoīs de uarietate altitudinū ſolis in dorſo aſtro/
labii & in facie eius acceptarū:ac inſuper de motu augis ei⁹.V.
Audiat̃. C. Quādiu inquit ſol fuerit in medietate eccētrici ſui
quę maxime remouet̃ a terra ſcʒ ī longitudine longiori magis
eleuat̃ allidada ī dorſo aſtrolabii in meridie q̃ʒ gradus ſol' ī reti
poſit⁹ ſup almicātarath ī meridie:& ecōtra fit in alia medietate
eccētrici & in quacūq; die maior erit diſtātia inter has duas al/
titudines ī eadē erit ſol in auge eccētrici ī medietate pma pdi/
cta:quia quāta ē diſtātia tanta ē eccētricitas: & ē duorū graduū

fere. V. Deſine deſine oro tot hui᷒hois ꝓferre nugas. Nõne ſi aſtrolabiũ rite factũ fuerit: pũctus eclipticę rętis in quo ſol dici tur eſſe tantũ ꝓportionaliter eleuaſ in linea meridiana inſtru/ menti: quantũ & pũctus ille cęleſtis q ꝑ prędictũ repreſentaſ in meridiano habitationis. C. Quid ni. V. Centrũ autẽ ſolis eſt ĩ linea recta quę ex centro mũdi ad prętatũ eclipticę punctũ ex/ tendit. C. Confiteor. V. Oĩa uero pũcta eiuſdẽ lineę ex centro horizontis ad ſublime egredictis. eandẽ ab ipſo horizonte ſor tiunt altitudinẽ: centro tantũ horizontis ſecluſo. C. Certum ẽ. Nã huiuſmodi linea unicũ cõplectit angulũ cũ ſectione cõi ho rizontis & circuli altitudinis ꝑ ipſã memoratã lineã tranſeun/ tis. V. Centrũ ergo ſolis eã quã pũctus eclipticę cęleſtiſ ſub quo exiſtit: habet altitudinẽ. atq; idcirco tanta eſt altitudo ſolis in ueritate quantã oſtendit pũctus eclipticę inſtrumentalis in li/ nea meridiana. C. Nemo inficiabit: quecũq; enĩ uni & eidẽ ſũt ęqualia inter ſe quoq; perhibent ęqualia. V. Sed in dorſo aſtro labii uera deprębendit. Solis altitudo niſi quantũ diſtãtia cen/ trorum mundi & inſtrumenti: aut fractio radii ſolaris uariari poteſt. quorũ alter quidẽ ꝓ nihilo reputant philoſophi ꝙ ter/ ra ad orbem ſolis inſenſibilẽ ferme habeat magnitudinẽ: alterũ uero ꝓpe inſenſibile eſſe certis oſtendit rationib᷒. Quãobrem duas ſolis altitudines ĩ dorſo & facie aſtrolabii deprębenſas in ſenſibiliter differre: atq; ideo tanq̃ꝫ ęquales haberi oportebit. C. Aperte delirantẽ hũc hoĩem confutaſti. V. Quicquid igitur litterę ſuę reliquũ eſt: corruere oportet. Nã applicatio ſolis ad augẽ eccentrici ſui haud quaq̃ꝫ hoc cognoſcet indicio. neq; ec/ centricitas ĩnoteſcet: neq; motus augis ĩ anno ꝑcipiet. quas res doctiſſimũ arabem Albategniũ hoc pacto aĩaduertiſſe ſomniat aſtrolabio uidelicet tricubitali uſũ uel maioris quãtitatis. Sed neſcio quẽ tumultũ audire uideor. I. obſecro uiſum quid rei ſit ego ĩterea ſi qua deinceps notãda ſint quãtocius explorabo. C Ibo ac lubens. V. Id pauculũ quod de aſpectibus planetarũ ſo/ nat tam &ſi parum ĩ uſu ſit hodie recte traditur. pręſertim aſtro

meridianū obtinēte: nā ſi in horizonte fuerit uel ꝑ aſcenſiões obliquas uel ꝑ deſcenſiones çeteri aſtronnmi iubēt inueſtigari aſpectus. In locis autē mediis ꝑ aſcenſiões uel deſcenſiões ꝑmiſcuas id efficiunt. Sed redit amic⁹ noſter. Quid fit: quid agit᷑: C. Concurrit᷑ undiq̨: domini ſūt abituri. V. Et nos igit᷑ cępto ludo modū ſtatuentes extemplo ſequamur oportet. C. Quā cōmode tēpus illud noſtris reſpōdebat colloquiis adeo ut nihil pene intentatū reliquerimus cū nihil etiā ampli⁹ ocii ſupſit: V. Pleraq̨ remiſſius dicta ſilentio prętériuim⁹ nō tanq̃ oīno ꝓbata: ſed uel facile moderanda: uel nō ſatis digna de quib⁹ ſermo haberet᷑. qd & eo cōſultius facere libuit ne aliena quęlibet dicta auidius mordere q̃ ueritatē inquirere uideremur. Iam reliquū eſt ſuū uterq̨ larem fęlix reuiſat. Saluus igit᷑ ſis amicorum dulciſſime. C. Et tu recte ualeto.

Characteres signorū					Charactēs planetaꝝ
	♈ Aries	♎ Libra	Characteres aſpectuū	♄ Saturn⁹	
	♉ Thaur⁹	♏ Scorpius	☌ Coniūctio	♃ Jupiter	
	♊ Gemini	♐ Sagittari⁹	✶ Sextilis	♂ Mars	
	♋ Cancer	♑ Capricorn⁹	△ Trinus	☉ Sol	
	♌ Leo	♒ Aquarius	□ Quartus	♀ Venus	
	♍ Virgo	♓ Piſces	☍ Oppoſitio	☿ Mercu.	
	zodiaci ☊ Caput ☋ Cauda			☾ Luna	

Impreſſum eſt hoc opuſculum mira arte & diligentia Erhardi Ratdolt Auguſtenſis. Anno ſalutiferę incarnationis. 1485.

S. 2/39